
71
3 E
10


Collegii Rom. Societ. Iesu Catal. inscriptus Ex Bibl. Mureti

Euclidis megarensis philosophi platonici

Mathematicaruȝ disciplinarũ Janitoris: Habent in hoc volumine quicũq ad mathematicã substantiã aspirãt: elemẽtorum libros. xiij. cũ expositione Theonis ĩsignis mathematici. quibus multa quae deerãt ex lectiõe graeca sumpta addita sub nec nõ plurima subuersa ⁊ praepostere: voluta in Cãpani iterptatõe: ordinata digesta ⁊ castigata sunt. Quibus etiã nonnulla ab illo venerando. Socratico philosopho mirãdo iudicio structa habent adiũcta. Deputatum scilicet Euclidi volumẽ. xiiij. cũ expositiõe Hypsi. Alex. Itidẽq ⁊ Phaeno. Specu. ⁊ Perspe. cum expositione Theonis. ac mirandus ille liber Datorum cum expositiõe Pappi Mechanici vna cũ Marini dialectici protheoria. Bar. Zãber. Vene. Interpte.

Cum gratia ⁊ Priuilegio per decẽnium.







¶ AD ILL. SAPIENTISSIMVMQ VE PRINCIPEM GVIDONEM VRBINI DVCEM: DVRANTISQ VE COMITEM: AC SACROSANC. ROMA. ECCLE. EXERCITVS FOELICISSIMVM IMPERATOREM. BARTHOLAMAEI ZAMBERTI VENETI IN ELEMENTORVM EVCLIDIS MEGAREN. PHILOSOPHI PLATONICI: MATHEMATICIQ VE PRAESTANTISS. INTERPRETATIONEM. PROTHEORIA.



Vemadmodum in libro quem de hiis quę placeāt phi
loſophis iſcripſit: grauiſſimus philoſophus inquit Plu
tarchus Sapientiſſime Princeps: eam itelligentiā quā
græci ſophiā: & illam cōem ſcientiam quæ ab ipſis phi
loſophia nuncupatur: haud parum inter ſeſe diſcrepa-
re Stoici cenſuerunt. Sophiam nanq; diuinarum hu-
manarumq; rez cognitionem eē putauerunt: ſed phi
loſophiam quādam eſſe ſolertiam neceſſariam quę ſo
lo uirtutis amore ad huiuſmodi ſcientiā capeſcendam
excitaretur. uirtuteſq; ſupremas tres eſſe uoluerunt naturalem ſcilicet: moralem:
& rōnalem: quæ a græcis phyſice: ethice: & logice: ſiue dialectice dicūtur. Vnde
philoſophiam in tres partes diuiſerunt: in phyſicem inq̄: ethicem: & logicē. Sed
Ariſtoteles: & Theophraſtus omneſq; ferme peripatetici: aſſerentes hominem
perfectum fieri ex eorum quæ ſubſiſtunt ſpeculatione: & eorum quibus indige-
mus actione: ipſam philoſophiam in theoricem: & practicem ſecuerūt: quæ opi
nio: ſi uellimus perſcrutari: a Stoica ſententia nō diſcrepat: quippe quoniā Theo
rica alta & ſublimia: & ea quæ in hac ſunt inferiori machina deiecta ſpeculari ſo
lemus: practica uero alia quæ ut cunque ſunt nobis oportuna: utilia: & neceſſa-
ria aut agimus aut coniectamus: quę omnia natura: & ratione unde ethica emer
git fieri cōſueuerunt. Alii uero philoſophiam exiſtentium eſſe cognitionem con-
tenderunt. Alii ipſam ſcientiaz ſcientiam: artiūq; artem appellarūt: ea ſane ratio-
ne ducti q; oibus diſciplinis & artibus originem ipſa philoſophia præberet. Sed
Plato diuinus philoſophiam mortis meditationē eſſe aſſeruit: quam ſententiam.
Cleombrotus ambraciotes cū ſatis intelligere aut ennodare nequiret: ſeſe e quo
dam faſtigioſo loco precipitauit. Vez qm̄ id a philoſopho ſapiētiſſimo haud fru
ſtra dictum fuiſſe cenſere debemus: opere precium duximus in hmōi Euclidis
præclariſſimi mathematici prolegomeno reſerare: & patefacere quid nam ſibi di
uinus Pla. uoluerit: cū philoſophiā mortis meditationē eē dixerit. Hic inq̄ Dux
Clariſſime alta & ſublimia ſcrutabimur: multa q̄ ex itimis phyſiologię penetrali
bus educta ꝑducemus: ut tuo erudito & caſtigato iudicio: admirabiliq; examine
uideas. trutineris: atq; ꝑpendas: quanta qualiaq; ex græcoz philoſophantiū inge-
niis effluxerint: pariterq; dicas illud Horatianū q; ſcilicet Grais igenium: grais de
dit ore rotundo muſa loqui. Deus optimus maximus. Humaniſſime Princeps q

nullius materiæ aut formæ adminiculo siue auxilio:& ea q̄ supcęlestia appellāť: & cęlestia corpora:cætera quæq; spectanť ex nihilo:sicuti nos philosophia xp̄iana docuit:solo uerbo creauit:hoiem cæterox aiantiū principē tū forma:tū intelligētia:tū rōe: & q̄ dominari in cætera posset:ex aīa & corpore cōstare uoluit:illa sī quidē æterna:simplice:& extra oēm penit⁹ materiam posita:& pinde nulli corruptioni obnoxia hoc uero corruptibili:mutationiq; ppetuæ subiacēte:ac pinde fluido:caduco:& moribūdo. Corporis uero & aiæ sodalitiū:cōnexiōe ac resolutione duplici deuinciri iussit:physica inq̄:& peculiari hoc est ea quā hoies iuxta uarios sensuum appetitus sibi familiaré efficiūt. physica uero siue naturalis connexio ea dicitur q̄ animæ corpus astipulať:ab ipaq; fit uiuidū:& quo orgāo ipsa aīa uarias eius uires:potētiasq; mirabiliter ostēdit. Sed peculiaré uinculū illd' appellať quo aīa corpori annectiť:illudq; fit cum hoies rōne suppeditata:sensibus seruiētes & hiis q̄s ex ipsis uoluptatibus eliciunt obtemparit aiam corpori turpiter inseruire cogunt. & sic uoluptaté rōi:moribūdū æterno pponūt. Et qm̄ si ab eodē signo binæ rectæ lineæ in rectū sed in diuersum in easdéq; partes ptractæ fuerint: quo magis extēdanť eo magis ut intersese distēt necesse est:sic ab eodē agente & bonæ & malæ cū fieri possint opatiōes:q̄ utiq; inter sese plurimū discrepāt:in diuersum q; ptractæ eo magis distāt quo magis extēdanť:ut si qs uiā uirtutis:ea quæ p uicia tēdit relicta ingressus fuerit quo magis iter suum dirrexerit:ab ipsis uitiis ut magis distet necesse est & qm̄ ipsæ q̄s supius lineæ asseruimus ptractæ minime cōcurrūt uiā igiť uitiorū sequentes dum p multiplicē uoluptatē excæcata rōe deuoluunť. quo magis a signo lōgius absunt:eo magis a uia uirtutis declināt. unde diuersæ dispositōes. incōstantes appetitus. imoderata libido. intempata gula. scatent. hinc uorax ingluuies. hinc ebrietas emergunt q̄ oīa in apto nullo pudore nulla reuerētia ponere solet. hinc lusus. hic doli. hinc iurgia & discordiæ effluūt. hinc bonax disciplinax negligentia. hinc familiax deliquum interitus & uastities. hinc illa fœda licētia erūpit ut hiis q bene qete & cū uirtute uiuere consueuerunt multū torosa iuuet⁹ ingeminet tremulos naso crispāte chachinos. hic tādē illud subit ut ius fasq; bonū q̄ tandē pereāt necesse sit. Sed ω huiusmōi hoium ignaras mētes q dum aiam corpori obtempare. ac ut ancillā cogunt ancillari non puidēt q; lento gradu ad sui uindictā diuina pcedit ira. tarditatē q; supplicii grauitate cōsat. Resolutio quoq;. ut dixim⁹ duplex est. hoc est corpis ab aīa. & aiæ a corpore. ac pinde hois mortē duplicē esse censemus. Vnam qdē naturalē q̄ oēs hoies moriunť. hoc est q̄ corpus ab anima separať. Alterā uero q̄ philosophi animā a corpore segregare meditanť. & q̄ mortē meditari hoc est animā a corpore separare dicunť Philosophice nāq; uitā ducētes dum corpus flocifaciūt sensus oēs penitus in hiis q̄ supuacanea sunt suppeditāt. & corpus aiæ seruire cōpellūt. aiunt enī bene esse cui deus obtulit parca quod satis est manu. & sic nulli seruiētes nisi philosophiæ eos esse reges existimāt q prorsus nihil metuūt. qui philosophiæ cōtubernio delectanť. hii mortē meditanť. hii animā a corpore seponūt. ipam q̄ in sublimi errigere conanť. & sic dei ex celsi opa speculari ut puta ea q̄ sup cælestia sunt quo ad uires patiunť humāæ. & ea quæ inferiorē regionem dei sanctiōe sor

tita sunt Hac mortis meditatióe philosophantes illi ueteres natura ductrice ea q̄ sub sensum cadunt:paríterq̧ ea q̄ extra sunt materiā posita speculabant̄. Vn̄ ua riæ d uersæq̧ philosophātiū de principiis naturalibus fuerūt snīæ concelebratæ. Q m̄ ex nihilo nihil:in nihilū nil posse reuerti cōtēdebātid ꝑpterea ipsoꝝ philo sophātiū plures fuerūt opiniones q̄rū aliq̄s recēsere nō exiltimauimus utiq̧ sup uacaneū. Thales inq̄ milesius quē græcia sapiētē appellare nō dubitauit: eorū q̄ spectant̄ principiū aquā fuisse arbitratus est:ex eaq̧ oīa cōstare:& in ipām pari ter resolui:idq̧ asserebat q̄m animantiū oīum gn̄atio humida est:ac p hoc merito ex humidoo a principiū sibi uēdicare asserebat:plātæ nāq̧ oēs humido alunt̄:& totus ipse mundus. Vn̄ fons ingenioꝝ Homerus gn̄ationem hmōi astruit inqui ens. Oceanus q oibus est gn̄atio:quā opinionem Pyndarus Thebanus lyricorū princeps sequutus:optimā elementoꝝ oīum aquā in olympiis appellauit. Anaxi mander uero milesius reꝝ oīum principiū infinitū esse arbitratus est.ex eoq̧ cun cta gigni.in illudq̧ resolui.idq̧ ꝑpterea plures & fieri & interire mundos censu it. Anaximenes aūt milesius originem rerū oīum esse ex aere existimauit. ex ipo q̧ cūcta fieri.& in ipm solus ratus est.sicut eni aīa nr̄a aer exn̄s nos cōtinet.& mū dum uniuersum spūs & aer cōplectit̄. Veꝝ Anaxagoras clazomenius reꝝ prin cipiū oīum homeomerias hoc est partiū similitudines esse sensit.uisum.n.est illi utiq̧ dissentaneū ex nihilo oīa fieri.& in id quod nō est ea q̄ sunt resolui alimētū nanq̧ simplex & speciei unius nobis exhibemus :sicut frumentaceū panem . & aquā.quo nutrimento pili.uenæ.arteriæ.neruí.ossa & reliq̄ corpis ptes nutriunt̄. Homeomerias igit̄ hoc est partiū similitudines eē materiā:scilicet q̧ex parua car ne.& paruulis osiculis.& ossa maiora fierent.& caro p uniuersū corpus spargere tur.factorē demū mentē cūcta ordinantē esse uoluit.quā mētē quoq̧ nr̄ Mātua nus Virgilius cōmemorat cū inq̄t Totāq̧ infusa p artus mens agitat molem.& magno se corpore miscet.Archelaus aūt primū reꝝ oīum uoluit esse principium aerē infinitū.Pythagoras uero samius numeris & cōmensuratióibus quas har monias appellat.oīa fieri opinatus est.aīam quoq̧ nrām q̄ternario cōstare cre didit.Q uos philosophos sequuti Hippasus Metapōntinus.& Heraclytus qui co gnomento Scotinus ob ænigmatū obscuritatē appellatus est.oīum ignem prin cipiū esse censuerūt.Q uoꝝ philosophātiū opiniones est subsequuta Epicuri sē tia q Atomos prima ē arbitrat⁹ fuisse pricipia.Atomos uero asseruit eē corpa figu ram:magnitudinē.pariterq̧ & grauitatē hn̄tia.eaq̧ p uacuū moueri.illudq̧ uacu um ifinitū.ipaq̧ corpa ifinita & isecabilia eē tenuit.Miꝝ inq̄ q̧ is phūs pariterq̧ Democrit⁹ hæc puerilia effuderint.q̧ppe q̄m hic bini pspicue dep̄hendunt̄ erro res.quoꝝ inq̄ primus est q̧ Atomi sint corpe ifinita.ac p ifinitū sese moueāt.Q ui error hac sane est rōne arguēdus Cū eni id sit infinitū.ut in physicis peripatetic⁹ inq̄t Aristoteles.cuius semp aliqd extra rōne q̄titatis accipi pōt.sequit̄ igit̄ ut idē in atomis q sunt infiniti eueniat.erit igit̄ ut Atomus & ifinitū sint idē . sed atomi sunt in ifinito ut sentit epicurus ab ipsoq̧ cōp̄hendunt̄ .sequit̄ igit̄ ut infinitū Atomo maius sit.At atomus est ifinitus.sicut infinitū.ifinitū ē.igit̄ Atomus & in finitū simul cōparata unā cōgruēt.q̄ aūt cōgruūt adinuicē.inuicē sūt æq̄lia. sicut in octaua cōi snīa legit̄ apud Euclidē.igit̄ Atomus ipi infinito erit æq̄lis.minor.ſ.

maiori q̄ est īpossibile:nō sunt igit̄ Atomi infiniti nisi numero:si sunt admittēdi hmōi Atomi. Cū aūt inqt epicurus Atomos eē corpa ipassibilia minimeq̨ sectionem admittētia idq̨ ppea atomos appellatos:in errorē pcedēte lōge grauiorē tur piter labit̄:nā oē corpus tres hēt dimensiōes ut in solidoꝝ diffōnibus inqt Euclides:lōgitudinē.s.latitudinē:& crassitudinē:q̄ dimēsiōes quātę sunt & in q̄titate cōtinua positæ:at q̄titas cōtinua īfinities diuidi pōt sicut ēt in primo cæli inqt Aristoteles. Quare si lōgitudo q̄ qdem est corpis quātitas discindi pōt in infinitū:nemini dubiū igit̄ q̨ multo magis corpus in īfinita segmēta sectiōem recipiet. Q̄d cū sic hēat Atomi si corpa sunt:tres hēant dimensiōes necesse est:q̄ cū sint diuisibiles efficiunt ut ipsa corpa discindi diuidiq̨ possint:ipsi igit̄ atomi sectiōem admittant necesse est. Illud quoq̨ accedit q̨ si linea q̄ una dimēsiōe signū superat:& superficies q̄ itidē lineā una:signū uero binis dimensiōibus excellit:in infinitū ptiri: secari q̄ pñt:pculdubio corpa ipsa:hoc est atomi qui supficiē una:lineā uero duab⁹ signū aūt tribus dimensiōibus excedūt:sectiōem infinitā admittēt. Præterea certum est q̨ uniuscuiusq̨ corpis extremū est supficies. At supficies infinities diuidi tur:igit̄ si alicuius extremū diuidi pōt:illud cuius extremū diuidit̄ facilius sectionem admittet. Seqtur igit̄ q̨ si atomi sunt corpa eoꝝ supficies sit extremum. At ipsa supficies extremū ipsoꝝ corporū si dispescere est:quis negabit corpa ipsa discindi aut secari posse? Hinc igit̄ pspicue cōstat Epicurū & Democritū nō recte sensisse. Socrates uero & Plato ille q̄ diuini nomen assequutus est:tria reꝝ prorsus oīum principia esse diseruerūt. Deū.s.materiā:& idæam:uoluerūtq̨ deū esse intellectū:materiā uero suppositū quoddā qd̄ gñatiōe & corruptiōe prius esset. Idæam aūt substātiā esse in corporatā in ipsius dei intelligētia & phātasiis positā: ipumq̨ deum mūdi esse intelligentiā. Aristoteles porro pipateticoꝝ princeps:prima pricipia Entelechiā siue speciē:materiā & priuationē esse asseruit quattuorq̨ esse elemēta:quintūq̨ esse quoddā corpus æthereū īmutabile. Timęus aūt locr⁹ cunctoꝝ duas esse causas:mentem qdē eoꝝ q̄ rōne & intelligētia administrant: necessitatē uero eorū q̄ uires p corporū diffundit ptātes.is phūs optimorū deum principiū certū eē duxit. Non dicā opinionē Empedoclis:ptermittā Zenonis & Apollinarii snīas:satis enim supq̨ nobis fuerit xpianæ religionis dei ueri & excelsi cultricis snīam adducere. Incōcusse nāq̨ a fidelib⁹ in uniuersū creditur Deum optimum maximū:& supcœlestiū creaturarū:& cœlestiū:& terrestriū primum esse principiū:& eoꝝ q̄ humanū intuitū fugiūt:& eoꝝ quæ sub sensus & intellectum cadūt esse creatorē in quo:& a quo & p quem oīa fuerunt:sunt & erūt: qd̄ inq̄ ipsemet testat̄ inquiens ipse dixit & facta sunt:ipse mādauit & creata sūt. Sōnia hæc sunt philosophantiū negligenda:hęc inq̄ ipsis sunt relinq̄ndę opiniōes: quæ tñ a plutarcho narrant̄ quippe qm̄ magnū quid inq̄ fuit q̨ prisci illi philosophantes natura ductrice & mortis meditatione hmōi inuestigarent. Neq̨ id mirum nā hii mortē meditabant̄:hoc est corpus negligentes uires ingenii in sublime attolebant:sicq̨ speculabant̄. Sepius & enim:& nolentibus quoq̨ nobis:qm̄ oēs natura ad scientiā impellimur:idq̨ signū est intellectus sicut in metaphysicis inquit Aristoteles:intellect⁹ humanus in semetipsum residens:nullis corpis detētus retinaculis de seipso cogitat:animal rōnis capax cōiectat ex aīa & corpe sub

fistens. Animæ uero binas esse partes scrutatur: unã rõnalem & intellectilem: alteram uero rõnis prorsus expertẽ & stultam. Quæ aũt rõnalis est. nobilior & prestantior unius eiusdẽ q̃ naturæ est: at deterior alterius est naturæ. Sed rõnalis i capite sedem posuit quo reliquę partes aiæ & corpis ei sumministrent tanq̃ sub uniuersi tabernaculo. pars uero irrõnalis inferiora petens in binas est dissecta partes quaꝝ una excandescens est circa cor. altera uero q̃ cõcupiscibilis circa iecur. hæc inquã aia ex sublimi in hoc corpus demissa: singulos secũ ducit motus quos in exercitatione est habitura: a saturno nãq; rõnem & intelligentiã ut in somnio Scipionis inqt Macrobius: a Ioue uim agẽdi: a marte aiositatis ardorem: a sole sentiendi opinandiq; naturã: motũ uero desiderii a Venere: uim ꝓnuntiandi & quę sentiat interpretandi a Mercurio: a luna uero naturam plantãdi augendiq; corpora. cuius quidem complures sunt ægritudines quas in pñtia silentio pertransire oportunum duximus. Cum uero itellectus humanus corpis ipsius gubernaculũ ipsiusq; uires aliquãto pressius scrutatus est: organi porro alti⁹ reppetit structuram & cõtextum: & sic quattuor inuenit & cõiectat elementa ignẽ scilicet: aerẽ: aquã: & terram: quæ cũ inter se se sint cõtraria tñ rõnibus & harmoniis reuinciunt. ignis nãq; cum calidus & aridus sit aeri coheret caliditate. quippe qm̃ aer calidus & humidus est. at aer aquæ humiditate annectit̃ quæ & humida & frigida est. Aqua uero terræ quæ arida & frigida natura subsistit. frigiditate colligat̃. Vñ quattuor scatent temporum q̃litates quæ sibi inuicẽ correspondent. s. æstas calida & arida autumnus qui & frigidus & aridus. hiems q̃ frigida & humida. & uer qđ callidũ & humidũ. Ex quibus q̃ttuor inq̃ elementis cũ organũ ipm̃ cõstet humanum. & cum ex ipsis elementis quattuor humores eiusdẽ naturæ scateant. in ipso humano corpe quattuor gigni hũores unicuiq; pspicuũ est. flauã. s. bilem q̃ calida & arida est: sanguinem qui callidus & humidus. pituitan quæ a græcis phlegma nũcupatur frigidã & humidam. & atrãbilem q̃ arida & frigida existit. qui humores in unũ cõueniunt rõne & harmonia. ueꝝ ubi primarũ potentiarũ distemperãtiæ redundant aut deficiunt tũc morbi suboriunt̃. qui urgẽtiores & uehemẽtiores sũt ubi aliqua tporum qualitate nitunt̃. Nam æstas cum calida & arida sit flauam bilem potẽtius incẽdit. Autũnus uero qui aridus & frigidus est uehemẽtius atrã cõmouet bilem. Ver aũt calidũ & humidũ sanguinem eiusdẽ naturæ ualdius mouet. hiems porro frigida & hũida phlegma cõcitat. hanc aũt molẽ totã aia mouet in eaq; opatur. diuersasq; oñdit potẽtias. Corpus & enim nr̃m sicut medici tradũt tria cæteris habet mẽbra nobiliora. qs sine cõstare minime põt. Cor. s. cerebrũ & epar: in corde uis oĩs uitalis sita est. cerebrum uim oẽm obtinet aialem. epar uero uim est sortitũ naturalẽ. A corde oẽs prorsus oriũtur arteriæ hoc est uenulæ pulsatiles p uniuersum corpus effusæ. Ex cerebro aũt nerui scatẽt: ab epate uero uenæ oẽs effundunt̃. A corde igitur per pulsatiles uenas hoc est p arterias: uitales p uniuersum corpus spiritus transfundunt̃. sicq; corpus fit uiuidũ. Vñ cerebrum per arterias spiritũ uitalem suscipiens neruis oibus corpus oẽ sustinentibus uim & robur sumministrat. & oẽs sensus & motus excitat. uisum inquã per neruos opticos: auditũ. olfactum. gustum & tactũ per neruos sensibus hmõi accõmoda

tos.Epar uero uim adhibet naturalē qua nutrimentū tertia digestione in humores cōuertit:hoc est in sanguinē:phlegma'flauā & atram bilem:q̄ oia adinuicem segregant᷑ naturæ potētia:nam bilis atra splenem petit sedē sibi a natura traditā: flaua uero bilis ad felis saculū festinat:phlegma ad ossa & reliq̄ nutrienda se se effundit:sanguis uero purus & defecatus cor petit ab ipsoq; p arterias ad corp9 uniuersum uiuificandū transfundit᷑.Cerebrum uero tribus cellulis diuisum est: prima nāq; uim oēm obtinet imaginandi:in media uero residet intellectus & rō quę imaginatiōis opatiōes indicat:laudat:reprobat:librat:ac æqua lance ppendit: inde ad tertiā memorię & reminiscētiæ in occipitio residēns seruāda ea quæ ellegit trāsmittit:qua intellectus & rō frequenter utit᷑.hæc inq̄ est ea mortis meditatio quā Plato asseruit:hæc certe est humanissime iperator phia iuxta Platonicā diffinitionem:quā sicut Porphyrii interptes inqt Ammonius nōnulli in tres partes diuiserunt in Theologiam.s.Mathematicam:& Physiologiā:Theologia inq̄ deum excelsum: supcælestesq; naturas suspicit:quā diuersimode gentes cōcellebrarūt.nā alia phænicū:alia ægyptioꝝ:alia phrygū:& alia græcoꝝ:aliaq; atlantioꝝ:alia uero fuit Romanoꝝ Theologia:nam alii solē:alii lunā.Alii aialia bruta:alii statuas ęreas mechanico structas artificio:alii stellas erraticas:& alii alia deos esse putauerūt & eis cerimonias afferebant sicut in libro de ciuitate dei Augustinus.Lactantius Firmianus.Eusebius Pamphilius.Valerius maxim9.Iuuenalis.Titus liuius.Homerus.Hesiodus.Orpheus.Apollonius & alii plures tam græci q̄ latini auctores memorant.o.cæcas hoium mētes q̄ opa sua deos esse putauerūt: quę belluas rōnis & intellectus expertes deos existimarūt:quæ cæteraq; ut opinabant᷑ deoꝝ numero asscribebant.o deos egregios quos ingeniū humanū fabricabat:& quos ēt pdere poterat.Deos inq̄.imo nō deos sed cacodæmones:quoꝝ fallaciis & decipulis gentes in pceps deuoluebant᷑.o deos mirabiles qui os hn̄t & non loquuntur: aures hn̄t:& non audiunt.nares hn̄t.at non olfaciūt.oculos hn̄t.sed non spectāt. manus hn̄t:nec tangere possunt.pedes hn̄t.at nō ambulant.similes igitur similes illis fiant qui eos faciūt.similes igitur similes illis fiant qui in ipsis spem suā reposuerunt:similes igit᷑ similes illis fiant qui in eorū tutella conquiescunt.Nos enim excelsi misericordia qui rectū callem tenuimus:deos hmōi gentiū negligētes:deum trinum & unū:& eum qui est:& qui semp idem est:& cuius anni nunq̄ deffi cient:mira religione collimus Et qm̄ res oēs naturales materia cōtinentur.q̄ autē diuina:oēm penitus sunt extra materiā posita:& p inde incorruptibilia:atque naturalia materiæ & corruptioni obnoxia:ac p hoc nulla est eorū ratio sine analogia si igitur a naturalibus ad Metaphysica transcēdere uelimus aliquo proportionali medio ascendamus necesse est.Nam si a physiologicis ad theologica nullo dato medio uellimus uires intellectus attollere:nos metipsos excæcamus sicuti qui ex tenebroso carcere cōfestim in lucē emittitur apertissimā:mediū est igitur qddam adhibendū.ut scilicet quis ex tenebris lucē perferre possit:quodqdem est ut ex carcere aut ex domo tenebris obsita.in locū Paulo clariorem educat᷑:& sic paulatim ex eo in aliū clariorē.& demū sensim in lucē apertam quam sic postmodū nullo ferre poterit nocumento ut dimus inquit Plotinus.Id ꝓpterea philosophiā

diuidentes mediā posuerunt mathematicam:quæ cū in materia:tum extra materiam posita sit:& cū theologicis & cū physicis rōnem habet. Nam disciplinæ mathematicę in aīa positæ ut Proclus inqt Diadochus:si intellectu cogitentur tunc omni prorsus materia carēt:at si uolumus ipsas sensibus percurrere materię sub iaceant necesse est. Hoc igitur medio a physicis hoc est a naturalibus usq; ad metaphysica hoc est transnaturalia penetrare possumus. Mathematica igitur substantia bifariam diuiditur in continuā.s.& diuisam q̄titatē. At diuisa q̄titas Arithmeticam & musicā cōtinet. q̄titas uero cōtinua Geometriam & Astrologiā amplectitur. Arithmetica uero a phœnicibus inuēta numeri uim pariterq; & naturā. ac qualitatē:& eius species cōplectitur. Docet enī quid sit numerus:in quas nam partes diuidatur:quid sit par:quid ue impar:qd pariter par:qd pariter impar:qd impariter par:& impariter impar ostendit. Referat quoq; quid sit numerus perfectus:qd diminutus:quid supfluus:qd multiplex:qd superparticularis:qd superpartiens:Qui numeri sint plani:qui lineares:utpote quadrati:circulares:qui solidi:& id genus alia patefacit. hęc inq̄ disciplina utpote reliquarū disciplinarū preter Geometriā antiquissima:aliarū mater & nutrix est appellata:maxima quoq; laude accedit celebranda quippe q̄m hæc potissimū sapientiæ cōnexa dicatur:in sapientia legitur nāq; Circuiui ego & iclinaui cor meum ut scirē:& considerarē:& quærerem sapientiā & numerū. Cuncta enimq; artifici procursu in mundo a natura digesta.siue particulatim:siue in uniuersum spectentur in numerū a prouidentia:& ab ea.q̄ uniuersa administrat mente:discreta cōpositaq; sunt stabili & incōcus.so exēplo ut pythagoreus in Arithmeticis inqt Nicomach9. Huic succedit. Musica quā Mercuriū inuenisse dicunt:inuenta inquā testudine cuius putrefactione quattuor tantū superfuerant nerui:quos cū ex contactu sonum emittere sensisset:instrumentū eiusmodi ligneū construxit qd quattuor neruis tantū intendisse dicūt:sed postea septem aptasse ut in hymno mercurii tradit Homerus. At Mercurius ut tradunt Orphea docuit. Orpheus Thamyrin:& Linū:Linus aūt Herculem a quo postea interfectus fuit. Dicit quoq; Amphionē thebanū docuisse q a septē neruorum lyra:thebas septem portarū construxit. Vnde illud Horatianū in poeticis Dictus & amphion thebanæ cōditor arcis Saxa mouere sono testudinis & prece blanda ducere quo uellet. Quod etiā in thebaide Statius innuit iquiens penitusque sequar quo carmine muris iusserit amphion thyrios accedere montes. Lucreti9 uero ex hoīum obseruatione cantus & musicā inuētā putat inqens.

At līqdas auiū uoces imitarier ore.
Cōcelebrarē hoīes possēt. aurisq; iuuarē.
Agrestis docuere cauas inflare cicutas.
Tibia q̄s fundit digitis pulsata canētum
Per loca pastorū:desertaq; auia dia:

Ante fuit multo:q̄ leuia carmina cantū.
Et zephyri caua p calāorū sibila primū.
Inde minutatim dulcis docuere q̄rellas.
Auia p nemora:ac siluas saltusq; reperta
Sic unū qcqd paulatim protrahit ætas.

¶ Hæc inquā scientia est qua corpus humanū cōstat:& cuius motū cor immitatur:hæc iquā in Diatonicū. Chromaticū:& Enharmonium diuiditur:qbus ueteres uti solebāt. huius inquā sicut in musicis inquit Cleonides partes sunt septem:scilicet phthōgus. Interuallum. genus. melopæia. systema. tonus. & mutatio. Mu

tuaturq; ab arithmetica ꝓportiones q̄bus oīs in musicis constat Symphonia: id enim qd in arithmeticis sesqualterū: sesquitertiū: duplum & sisq̄octauū dr̄. In musicis diapēte: diatesseron: diapason: & tonus appellat̄ q̄drupli uero bisdiapason. Cuius disciplinæ cognitio q̄ sit utilis ad reꝝ uniuersitatisq; causas ꝑcipiendas. Timæus locrus in opusculo de uniuersitatis natura & Plato in timæo ac Marcus tullius in libro de uniuersitate testant. Quāti aūt disciplinā hmōi ueteres existimauerint Aristophanes Comicus in comœdia Hippis ōndit inq̄ēs heu q; populi administratio amplius nō est apud hoiem musicū. Id quoq; in institutis antiqs ostēdit Valerius maximus iquiēs maiores natu in cōuiuiis ad tibias supioꝝ opa carmine cōprehēsa pangebāt. Vn̄ illud quoq; Virgilianū Cithara crinitus hiopas psonat aurata: cuius inquā disciplinæ cū Themistocles se iperitū assereret: haud parum suā apud astātes auctoritatē iminuit. reliquæ tres disciplinæ Geometria scilicet. Arithmetica. & Astrologia laborāt ut ueritatē inueniant. At musica nō modo speculationi: sed & moralitati adiūcta est: nil inquā humanitatis tam ꝓpriū est q̄ dulcibus modis remitti: cōtrariisq; astringi ut in musicis inquit Boeti9: hac inquā motus aioꝝ excitant̄ & ut fuerit facta harmoniæ mutatio repprimunt̄. Pythagoras eni Samius iuuenē imoderato apetitu aulatricis cātilenā sequentē: cum mutari harmoniā iussisset liberauit: ut Ammoni9 in iterpretatiōe Porphyrii tradit. hęc proculdubio disciplina diuina est: uult eni ipse deus optimus maximus instrumētis musicis laudari Dum ore prophetico inquit. Laudate eū in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eū in tympāo & choro. Laudate eū i chordis & organo. Laudate eū in cymbalis bene sonātibus: nō ne ēt illud idē sonat qd ait psallā deo meo q̄ diu fuero: & illud quoq; psalite dco in cythara. In cythara & uoce psalmi. In tubis ductilibus & uoce tubæ corneę: nōne ēt Nabuchodonosor rex babilonis statuā illā aureā mirę magnitudinis quā cōstrui fecerat oib9 instrūs musicis uenerari uoluit. sicut i ꝓphetiis Danielis ē legere: ex hac diuersa carminū gn̄a effluxerūt: unī poetę diuersa sūt sortiti noīa: alii nāq; heroici: alii elegiographi alii lyrici. Alii satyrici. Alii epigrāmatographi. Alii comici. Alii tragici. Alii iābici ut illd̄ Archilocū ꝓprio rabies armauit iambo. Alii hasmarographi. Alii hymnographi: sūt appellati: hęc disciplina tā mirabilis ē ut sp̄de ipa aliqd dicēdū sup eēt sed par ē ut Astrologiā salutem9 a limine. Quā disciplina ut nōnulli sētiūt Atlas inuenit qd ēt Virgi. innuit inqens Axē hūero torq̄t stellis ardētibus aptū de Atlāte loquutus: ut alii uero tradūt ægyptii: ut alii dicūt assyrii. ut uero alii sētiūt Babilonii. Quæ scia ex Arithmetica ort9. occasus. aspect9. tarditates. uelocitates: statōes: directiōes. ꝓcursus. & recursus. declinatiōes. solis obūbratiōes. lunę ecclipses: fulsiones. obtectiōesq; astroꝝ ōndit. Ex geometria uero circulos: globos diuersę q̄litatis. diuersęq; naturę. axē mediū: apiēs motuū. aspectuū & positionū naturas reserat. hæc motū primi mobilis siue primi globi ex oriēte in occidēte sup polis mundi. reliquoꝝ uero globoꝝ motū fieri sup alios axes & polis a polis mundi distantibus primo cōtrariū hoc ē ab occidēte i oriētē sese circūuertēte demū in occidētē patefacit. ex hac dat̄ intelligi quō terra & aquę elemtū sphęricā formā hēant quōq; terra ad cœlū relata ad istar signi eē cognoscit̄: hac cognoscunt̄ Poli arctic9 &

Antarcticꝰ:hęc disciplina manifestat q̄ nā sint circuli arcticꝰ & antarcticꝰ. q̄ æq̄noctialis:q̄ tropicꝰ æstiuus:& q̄ hybernꝰ:q̄ zodiacus:q̄ coluri:q̄ meridianus:q̄ finiēs siue horizon:uñ ē q̄ noctes lōgiores & breuiores:& nobis alit̃ & aliis natiōibus alit̃ fiant.uñ q̄ttuor tpor̄ q̄litates.Ex hac aspectꝰ:uis & ptās planetar̄ cognoscunt̃:spectāturq̄ magnitudines & distātiæ solis & lunæ:q̄ disciplina nō nihil cū musica hēt cōmētii:globor̄ nāq̄ cōuersionē rōnibꝰ musicis fieri auctor ē Macrobiꝰ & in musicis Claudius Ptolemęꝰ:hac hēnt̃ influxus in hūana corpa:quibꝰ cū q̄ndā hñt hitudinē:nā signa cælestia mēbris hūanis īsidēt:& uires suas in ipa trāsmittūt.Cuiꝰ quidē disciplinæ cognitio nō solum principibus: medicis:physiologis:& cæteris hmōi ē utilis:Sed ēt rusticātibꝰ & nauigātibus ē admodū necessaria.Geometria porro ab ægyptiis inuēta:ut Proclus Lyciꝰ & Herō Alexādrinꝰ testant̃:q̄:ut Taurus sidonius Platonis snīa dixit. recta ē opinatio q̄ rōtinationis cās suggerit:quā Aristoteles existimationē cū demrātiōe eē cēsuit.Zeno hitū eē ad ea pōndēda q̄ sub phātasiā cadūt:nulli errori.nulli fallacię.nulli lapsui obnoxiā & quā demū ut reliquos ommittā Anatolius eē dixit cognitionē magnitudinū & figurar̄:& circūq̄q̄ finiētiū:terminātiūq̄ eas supficier̄ & linear̄.q̄q̄ ī ipis sūt passionū.affectionū.& actionū in formis.& motuū in q̄litatibꝰ hęc q̄titati cōtinuę insistēs.a signo sūmēs exordiū.lineā & supficiē cōiectat.at linear̄ alię curuę & iflexę.alię uero rectę.ex iflexis fiūt figure curuę ut circuli.semicirculi.portōes & segmēta circulor̄.ex rectis uero rectę scatēt figurę.At figurar̄ rectarū aliæ triāgulares:alię q̄dratę.& alię multilater̄.Triāgulares tribꝰ.q̄dratę q̄ttuor.multilater̄ pluribꝰ q̄ttuor lateribꝰ cōprehēdūt̃.Trilaterar̄ porro figurar̄ alię inq̄ sr̄ tribꝰ ęq̄libꝰ lateribꝰ subnixę.alię binis tm̄ ęq̄libꝰ lateribꝰ cōphēdūt̃.alię uero tribꝰ ī ęq̄libꝰ lateribꝰ cōstāt.hmōiq̄ triāgulor̄ alia rctāgula.sūt.alia uero obtusū.alia āt acutū āgulū hñtia.& h a gręcis orthogōia.āblygōia.& oxygōia uocāt̃.q̄drilaterar̄ uero figurar̄ q̄dratū ē ęq̄later̄.& rectāgulū:tū altera pte lōgiꝰ.Rhōbꝰ & Rhōboides.pter q̄ cętera q̄drata trapezia nūcupāt̃.At qm̄ heę figurę āgulos obtinēt.iccirco eor̄ q̄titatē & q̄litatē geometria docet.nā alii rcti. alii sūt obtusi.at alii acuti.rectꝰ uero acuto.at obtusus recto maior ē.A plāis uero solida nascūt̃ ut sūt pyramides cubi.sphęrę.Cylidri.Coni.prismata.plinthi.& id genꝰ alia.sūt igr̄ geometrię ipiꝰ subiecta figurę oēs tā rectę q̄ curuę.ac magnitudines earūq̄ limites.hæc sūt inq̄ Priceps clarissime mathematicę disciplinę q̄ certitudīs pricipatū obtinēt. q̄ sp sic se hñt nūq̄ citra ueritatē positę. ut illd oē triāgulū tres hēt āgulos duobꝰ rectis æq̄les.& ois triāguli bina latera quōcūq̄ assūpta reliquo sūt maiora.& illd ēt ois palelogrāmi latera & āguli ex opposito sibiīuicē sūt ęq̄les.Matheāticę inq̄ dictę qm̄ cū cęterę disciplię uel ñ docēte aliquo dephēdi facillie possint.hęc inq̄ sub nullius ueniūt cognitionē nisi sit q̄ priꝰ ea doceat.At qm̄ nr̄ pstātissimꝰ Euclides ipiꝰ mathematices elemēta a diuersis phis īuēta q̄q̄ ī ordinē uenire poterat tā ī geometricis.q̄ arithmeticis speculatōibꝰ miro ordine cōpegit.& ab ipa geometria sūpsit exordiū.par ē recēsere clemētissime Dux q̄ nā in hmōi disciplina celebres extitere geometriā igr̄ ab ęgyptiis ut diximꝰ īuētā ob necīa agror̄ suor̄ cognitōnē nili inūdatōe pturbatā.primū ut Proclꝰ Lyciꝰ iq̄t ī gręciā thales deduxit milesiꝰ.in eaq̄

facultate ipse thales multa tum uniuersalius tum particularius inuenit: post hunc uero Ameristus Stesichori poetæ frater geometriæ studiosissimus fuit ut Hippias memorat Helius. Inde Pythagoras ad sibi philosophiam uendicandam figuras construxit. ipsius geometriæ principia altius a materia coniectans. ad itelligentiamq; reuocans eius specimen scrutatus est. Post hunc Anaxagoras Clazomenius multa geometriæ spectantia est speculatus. Inde diuinus ille Hippocrates cous qui per lunulas quadrati comparationẽ indagauit. Theodorus quoq; cyrenæus in geometricis insignis est habitus. Tñ fertur primũ Hippocratẽ elemẽta scripsisse geometrica. His Plato succedẽs & naturalẽ & moralẽ philosophiam mathematicis disciplinis refersit. Architas Tarẽtinus & Theætetus atheniẽsis hos sequut̃a qb9 mathematicæ ĩspectiões q̃ theoremata appellãt̃ cæpunt augumẽtũ. ĩ maiorẽq; sciæ cõplexũ euaserũt. Iñ subsequuti sũt Leõ. Neoclides: Eudoxus gnidius. Amyclas heracleotes. Theudi9 magnes. Cyzicin9 quoq; Atheniẽsis & Hermotinus Colophoni9. Euclides uero uir ĩquã ĩgenii p̃stãtissimi: q elemẽta in unũ collegit. Multaq; ab Eudoxo: multa a Theætheto p̃fecit & hic & inde sumpta Procliuius & Planius q̃ qui ip̃m p̃cesserunt demõstrauit. Vixit Platonis tẽpestate Socratis auditor tp̃ibus primi Ptolemæi. antiquior uero ut inq̃t Proclus lycius Eratosthene & Archimede qui uno & eodẽ tp̃e uixerunt. Huius auctoris tresdecim repperiũtur elementoꝝ uolumina. a quo ẽt alia multa admirando examine tractata sunt: referta quidẽ peritissima inspectiõe mathematica. Eius inq̃ catoptrica: & optica quoq; q̃ Specularia & Perspectiua dici p̃nt. Phænomena quoq; quæ apparẽtia. itidẽ ad musicã capesendã quædã elemẽtaria: librũq; is auctor diuisionũ. & uniuersaliũ. & datoꝝ cõposuit. In elemẽtoꝝ igitur libro ip̃e Euclides syllogismoꝝ modos uarios docet: qui a causis sumpti fidem facere p̃nt. alios uero ab inspectionibus cõstruit. at oẽs eo sunt examine librati: & ad hmõi s̃niam directi ut coargui aut cõuinci nulla in parte possint. Inde demõstrat a principiis ad ea q̃ in q̃onibus posita sunt transeundo: postmodũ resoluẽdo cõuẽsionibus eis quæ sunt a q̃onibus ad principia. nec nõ uariæ simpliciũ cõuersionũ species: p̃iterq; & cõpositoꝝ in hoc libro spectantur. & q̃ tota totis. & quæ tota partibus. & cõtra cõuerti p̃nt. Et ut in pauca cõferã. ipsius geometriæ elemẽta. nos mundos. exercitatos. instructos efficiũt. & uerã ac p̃fectam sciam tradunt. Elemẽta igitur hmõi a Campano nõ iterp̃tata cõi iudicio sed barbarie excecata. p̃postere ac puerse subuoluta. corrupte & inscite subuersa: & adeo ut nõ elemẽta sed accõmodatius chaos apppellari possint intuentes Liberalissime Imperator: aspicientesq; ipsorũ cognitionẽ hiis qui & dialecticæ & physiologiæ student: tum hiis qui mathematicarum cognitionẽ sibi uendicare nitũtur admodũ necessariam. ope preciũ duxim9 nullis laboribus parcere ut tanta cognitio tandẽ e græcia Italiam petens integra: pura & perfecta una cũ Theonis traditione latinis legenda p̃beretur. Idq; sedulo fecimus quippe qm̃ studentibus opus non minus gratũ q̃ iucundum: non min9 iucundum q̃ utile. non minus utile q̃ necessariũ nos facturos arbitrabamur. operamque nostram operi huiusmodi per septeniũ accõmodauimus qbus ellaborauimus. insudauimusque pariter. Vt ipse Euclides qui hucusque in latebris latuit.

qui hucusq; pene incognitus fuit: qui hucusq truncus squalebat. latinis tandē il-
lucesceret. Quem tamen auctorem in lucem prodire uolentem sine tutella mini-
me uoluimus exire. sed ei eam prębere q̄ tanto uiro digne pstari posset. uolum9
itaq; ipsum Euclidē sub tuo noie: sub tua umbra. tuaq; tutella Sapientissime Prin-
ceps in lucē uenire. quippe qm̄ te unū oēs eum nr̄a tēpestate predicant qui disci-
plinas amplexetur foueat: & plurimū existimet & in quo cōquiescant: cū quo ha-
bitent. Te igitur petit Euclides Princeps Humanissime: ut tua auctoritate tutus
in manus legentiū ueniat: ut philosophantiū scholas ingredi audeat: ut barbarie
exuta renideat. pariterq; ut tibi nr̄æ erga te obseruātię ac seruitutis obsillam tuam
mundā defecatāq; doctrinā. magnitudinē aperiat. Accipies igit̄ Fœlicissime Im-
perator tantū auctorē oī auro & argento. & harabū gēmis: & pciosis muneribus
longe clariorem: legesq; ipsius auctoris problemata. & theoremata miro exami-
ne & iudicio collecta. in unūq; redacta. Videasq; quāta sit acuitas. quātum sit in-
geniū. quātaq; doctrina Theonis ipsius interpretis. q miro quoddā ordine subli-
mes problematū & theorematū sensus explicat. magnaq; indagine patefacit:
per pdiorismū nanq; ea q̄ in qstionibus posita sunt, pponit. per cōstructionem
ea q̄ dicunt̄ cōstruit & mirabiliter ædificat: inde per demōstratione cōprobat sen-
sui subiciens: postmodum conclusione firmissima & ualida claudit: & astringit
adeo ut ea q̄ pposita & cōprobata sunt minime negare audeam9. In prima qdē
fronte ipse auctor diffinitiones naturā eorū q̄ ipse auctor est dicturus aperien-
tes pponit. inde postulata subiungit: postea cōes snias annectit: unde ois Eucli-
dea doctrina a primo uolumine usq; ad tertiū sese extendit decimū: uiq; sicut the-
orema: & problema pcedens subsequens & theorema & problema aperit: sic pri-
mum uolumen secundū ennodat. & secūdum tertiū. & sic sequēdo usq; ad calcē
mirabilis ordo inuenitur. In quo auctore interptando ordinē ab ipso obseruatum
tenuimus. theoremata nāq; a problematibus separauimus: nihilq; ptermisimus.
nihilq; addidimus quo ipsius auctoris sensus aliqua ex parte cōfringi possent. sed
sicut apud græcos scriptū inuenimus sic fideli solertia & cura sumus interptati. si
quid autē ex nr̄a dictū officina cōperies. illud oē in Cāpani errores. quos aucto-
ritate græca refellimus. nos dixisse existimato nam: multa ipe sub silentio preter-
misit. Diuidit̄ inquā primū uolumen in triangulorū gnationē. parallelogrāmoꝝ
speculationē. & trianguloꝝ & parallelogrāmoꝝ cōmunionē & cōparationē: quo
rum doctrinā. & habitudinem mirabiliter ipse docet Euclides. sed cur nam sic a
triangulis exordiri struxerit ipse auctor in psentia non duximus diserendū: fortas
se nanq; in Procli lycii interptatione id qstionis aggrediemur. Secūdū uero uolu-
men qd nam sit gnomon aperiens: ex linearū rectarum segmētis quadratoꝝ re-
ctangulorūq; resultantiū æqlitatem ostendit. Tertiū aūt totū in circularibus in-
spectionibus residet. Quartū porro quō figuræ inscribantur & circunscribātur
demonstrat. Quintum magnitudinum habitudines & rationes refert. Sextum
figurarum proportiones. & linearum proportionalium inuentionem summini-
strat. Septimum uero. Octauum & Nonum qualitatem discretā hoc est nume-
ros: eorūq; uim & naturā cōplectunt̄. Sed decimum sublime: arduū: & difficil-

limũ:cõmensurabiles & incõmensurabiles magnitudines lõgitudine & potentia cõiectans:miranda indagine q̃ rõnalia & q̃ irrõnalia sunt oñdens:absciſionũ inuẽtionẽ demõſtrat:& eaꝝ q̃ ex binis noibus cõſtant aperire conat᷑. Vndecimo:duodecimo:& tertiodecimo corpoꝝ & ſolidoꝝ uim & habitudinẽ explanat. Decimo aũt quarto qd tñ ego ſicut & plures alii ipſius Euclidis eſſe minime cẽſuerim:quã nam rõnẽ inter ſeſe hẽant dodecahedrũ & icoſahedrũ diſerit:quo uolumine nos latini carebamus:qd᷑ cũ ad nr̃as manus perueniſſet una cũ hypſiclis Alexandrini phi eximii expõne:latinũ fecim9 ne ẽt nos illa doctrina careremꝰ: addidimꝰ quoq; ipiꝰ Euclidis Phęnomena:Specularia:Perſpectiuã & Data ut ipſe auctor integrior ſub tui tutela in lucẽ ueniret. Satis ſup que q̃ dicenda erant explicaſſe uidemur. Te uero Doctiſſime Priceps cũ a negociis publicis tibi ſupeſt ociũ hos noſtros labores intueri obſecro ne pigeat:poteris enim tuo erudito iudicio & ipſius Euclidis & Theonis ſenſa indagare. Q d᷑ opis ſi tibi placuiſſe cognouerimus. Efficiemus ut noſtris laboribus Proclus Platonicus ipſius Euclidis interpres:& Nicomachus Pythagoreus hucuſq; latinis ignoti:graecia relicta inter Italiæ niteſcẽtia uireta reſplendeant:& ſcholas Italiæ uagari nõ uereant᷑. Verũ cũ iam ſint uela contrahenda:receptuiq; canendũ:ſupereſt Imperator fęliciſſime ut ipſos audias Euclidẽ & Theonẽ ſic p nos latine loquentes:fęliciſſimeq; ualeas Diſciplinarũ ſacrarium inheſauſtum:ac principum rariſſimũ ornamentũ ſtudentibuſq; faueas. Vene.klen.quintilibus:in.IXII.IIIVII.XIX.elemento Salutis.

❡ Vita Euclidis per Bartholamęum Zambertum.



Voniam Euclides cuius elementoꝝ uolumina treſdecim ſumus interpretati multis græcis auctoribus lõge antiquior eſt:igitur eius uita quę huic interpretatiõi nõ eſt ſupuacanea nõ potuit a nobis ex amuſim deſcribi. quippe qm̃ ipſam integrã apud nullos quos legimꝰ potuimus auctores repperire. Q uod cũ ita habeat ut ſtudentes quoq; huius uiri patriã & ea quæ longo labore de ipſo inueſtigauimꝰ nõ ignorent:ex clariſſimis auctoribus græcis & latinis excerpta in mediũ afferremus. q̃ ſi in aliquibus diſcrepare uidebuntur:nõ eſt ob id q; ſtudentes de hiis noſtrã ſententiam quærant:nam noſtrum non eſt de tantorum uirorum ſcriptis auſu temerario iudicare.

❡ Suidas hæc de Euclide.

❡ Euclides Megarenſis ex oppido Megaris quod Iſthmo adiacet oriundus: a ſe Megaricam ſectam appellatã inſtituit:quam & Dialecticẽ & Eriſticẽ appellauit. Socratis aũt diſcipulus fuit:quẽ Ichthyas & Stilpo ſequuti ſcholã tenuerũt. Cõſcripſit dialogos. Alcibiadem. Aeſchinem. Critonem. Phœnicas. Lampriã. Amatorium:& quędam alia. hæc ſuidas.

❡ Diogenes Laertius in Libro ſecundo philoſophantiũ hęc de Euclide.

¶ Euclides megaris oppido:qđ isthmo adiacet siue iuxta quosdam gelous:ut in successionibus tradit Alexan.Parmenidis librorũ in primis studiosus fuit: ab eo megarici denominati sunt.qui postea eristici:postréo dialectici dicti sunt.s.quos ita prius Dionysius Carthaginensis iccirco appellauit:ꝙ interrogando:ac rñdendo sermones librosq̃ cõponerent.adhunc ait Hermodorus post Socratis mortẽ uenisse Platonem:ac philosophos reliquos metu atrocitatis tyrãnorũ cõpulsos. Hic bonũ esse unũ diffiniuit multis noibus celebre.Aliqñ enim hoc dici prudentiam qñq̃ deũ:alias mentem appellari:& hmõi cætera.Quę bono cõtraria uiderẽtur sustulit:ea ne esse quidem dicens:utebaturq̃ probationibus:nõ hiis quę p assũptões:sed q̃ p cõclusiões fiũt:Disputatioñẽ itẽ q̃ fit p similitudinẽ sustulit:dicẽs illã sane aut ex similib⁹ cõsistere.aut ex dissimilib⁹:& si ex similibus cõsistit.circa ipa poti⁹ ĩ q̃b⁹ sunt similia uersari rõtinatioẽ debere.Sin ãt ex dissimilib⁹ supuacaneã esse cõparationem:iccirco igit̃ & Timõ illũ una cũ cæteris Socraticis mordet nullius sibi horũ curam esse dicens non phædonis:nõ alterius cuiuspiã: neq̃ Euclidis qui Megarensibus cõtentiõis rabiem iniecit.Dialogos aũt cõscripsit sex Lampriam:Aeschinem:Phœnicem.Chritonẽ.Alcibiadem.Amatoriũ: porro ex Eucli.successiõe ẽ & Eubulides Milesi⁹.& Icthyas Metalli fili⁹ & Stilpo Magarensis.

¶ Idem auctor in uita Socratis.

¶ Sed enim ex hiis qui successere Socrati appellãturq̃ Socratici.nobilissimi sũt Plato: Xenophon.& Antisthenes.ex hiis uero qui decem dicuntur.Clarissimi fuerunt quattuor Aeschines.Phædon.Euclides.& Aristippus.

¶ Idem auctor ubi de philosophantium sectis.

¶ Megaricæ sectæ princeps Megarensis fuit Euclides.

¶ Interpres.

¶ Mirũ siquidem fuerit ꝙ is auctor nullam aliorum operum ab Euclide conscriptorum fecerit mentionem.

¶ Plutarchus in uita Platonis.

¶ Annos postmodum octo & uigiti natus Plato Socraticis secũ assumptis:quos discendi cupiditate detineri nouerat:ad Euclidem nobilissimũ ea tempestate geometram męgara secessit.id aũt oppidũ florentissimũ fuerat lõge ab Athenis milia passuũ uiginti distans cuius oriundus erat Euclides Socratis aliquando discipulus.Cui cum aliquãdiu studiosissime uacasset cyrenem profectus est.

¶ Heron Alexandrinus in Geodesia.

¶ Hiis uero non admodum iunior est Euclides qui Elementa compegit.uixit autem Euclides tempore Ptolemęi primi iunior quidem platõe: sed uetustior Eratosthene.& Archimede.ii nanq̃ uno & eodem tpe uiguerunt.

¶ Proclus lycius Platonicus in secũdo sermõe in primũ Eucli.elemen.

¶ Euclides inq̃t qui elemẽta collegit.multa ab Eudoxo.& multa a Theętheto pfecit.& pcliuius q̃ qui ipm añcesserãt demõstrauit.ita ut ĩ nulla pte coargiui cõuici q̃ possint.Fuit ãt Euclides primi Ptolemęi tpib⁹.Euclidis quoq̃ Archime.facit mẽtionẽ.ferũtq̃ olim a Ptolemęo interrogatũ Euclidẽ eẽt ne aliqua ad geometriam capessendam elemẽtari cõcissior uia:q rñdit regiã nõ eẽ uiã:callemq̃ ullũ: ad geometriã.Non admodũ iunior sed aliquãto posterior q Platonis tpe uixerunt.

Sed Eratosthene & Archimede antiqor. Siqdem hii uno & eodem tpe fuerũt: ut Eratosthenes tradit: & proposito quidẽ Platonicus fuit: hac uero philosophia su9: inde ẽt totius elemẽtatiõis finẽ cõstituit figurarũ cõplexũ q̃ Platonicæ dictæ sunt. Sunt ẽt multa alia ab hoc insigni uiro admirãdo examine tractata & pitissima referta inspectiõe mathematica. Eius nanq; Optica: & catoptrica quæ Perspectiua & Specularia dici pñt: Phænomena quoq; idest apparẽtia: nec nõ ad musicam capessendã elementaria quædã. Itidẽ quoq; liber diuisionũ: Liber Porismatum hoc est correlariorũ. Dedomena idest data.

¶ Marinus philosophus in protheoria Datorũ Euclidis.

¶ Huiusmodi ergo inqt Datorũ disciplinari pceptiõe utilima exñte, Datorũ uolumen Euclides elaborauit: quem & pprie elementorem appellauerunt.

¶ Aulusgelius in. vi. noctium atticarum Capitulo. x.

¶ Decreto suo athenięses cauerant: ut q Megaris ciuis eẽt. si intulisset Athenas pedẽ p̃hensus eẽt: ut ea res ei hoĩ capitalis eẽt tãto Athenienses odio flagrabãt finitimorũ hoium Megarẽsiũ. Tum Euclides q indidẽ megaris erat: qq; ẽt ante id decretũ: & esse Athenis & audire socratẽ cõsueuerat: postq̃ id Decretũ sanxerũt sub noctẽ: priusq̃ ad uesperasceret: tunica lõga muliebri indut9: & pallio uersicolore amictus: & caput & ora uelatus: e domo suo megaris Athenas ad Socratem cõmeabat: ut uel noctis aliquo tpe cõsiliorũ sermonũq; eius fieret particeps. Rursusq; sub lucẽ milia passuũ Paulo ampli9 uiginti eadẽ ueste illa intectus redibat.

¶ Interpres.

¶ Si ergo Euclidis tempore primi Ptolemæi ęgypti regis ex libris Chronicis datur Intelligi quot anni ab ipso Euclide usq; ad nostra tempora fluxerunt: Ptolemæus igit primus ægypti Rex fuit anno a mũdi creatiõe. MMMM. DCCCCVIII. Añ. Saluatoris aduẽtũ annis. CCLXXXXI. Quibus Annis. CCLXXXXI. si addas Annos. MDV. qui a salute nr̃a hucusq; fluxerũt fiũt anni. MDCCLXXXXVI. Ab ipso igit Euclide usq; ad nr̃am hmõi ætatẽ effluxerũt Anni. M. DCCLXXXXVI. hæc sunt quę de ipo Euclide habere potuimus.

¶ Interpres.

¶ Q m̃ aspici simul totũ aliqd minime põt: sicut in opticis oñdit igit: ope p̃tium duximus ut pñs opus castigatius in manus ueniret stndẽtiũ: illud pcurrere: ut si qd minus correctũ obuiũ fieret illud corrigeret: ut puta si aliqd deesset: aut puerse inuersiõe lr̃arũ legeret. adibuimus diligẽtiã quoad potuimus: ne error appareret aliquis. tamen tu studens doctissime ubi nos deffecimus siquid corrigendum offenderis obelisco: ubi obsignaueris: expungas. Vale.

¶ Libri primi errores.

¶ In tertia cõi snĩa ubi legit æqlie erũt legẽdũ ẽ æqlia erũt. In p. v. in. c. i li. ix. ubi legit. acb. legẽdũ ẽ. acf. in. l. x. ubi legit. abc. angulo. agb. legendũ ẽ angulus. abg. angulo. acf. in p. xxi. in. c. l. iii. ubi legit. abc. legendũ ẽ. bac. in. xxiii. p. in. t. l. ii. ubi legit rectilineã: legẽdũ est rectilineũ. in. c. in. l. iiii. ubi legit cõtinẽtia: legẽdũ ẽ cõtingẽtia. in. l. v. ubi legit. fa. af. legẽdũ est. gf. fa. in. l. vi. ubi legit æqlis: legẽdũ ẽ æqles. in p. xxiiii. in. c. l. xiii. ubi legit est hñs: legendũ est: est. efg. hñs. in p. xxvi. in. c. li. xi. a tergo folii. ubi legitur Bases: legendum est basis. in ppo. xxvii. in cõmen. l. i.

ubi legitur incidens linea alternatim: legendū est: incidens linea. ef. in propositiōe xxxiiii. in cō. li. x. ubi legitur relīquū angulum: legendum est: reliquus angulus: in subsequēti ubi legit' æquale legendū ē æqlis: in subsequēti ubi legit' angulo. bdc. in li. xiiii. ubi legit' æqles: æqualis legat': & ubi legit'. cbd. legatur. cdb. in interprete ubi legit' inscite interpretatū: legat' inscite a campano interpretatū. in proposi. xii. in cōmento in linea ultima ubi legitur ostendcdum: legatur ostendendū. in ppositiōn. xlii. in cōmento linea penultima ubi legitur ipsi: legat' ipsi. in pro. xlv. in com. li. xx. ubi legitur & parallelus &: legatur & parallelus est.

¶ Libri secundi errores.

¶ In titulo ubi legit' mathematici. legat' mathematici: in prima diffinitiōe ubi legitur dcitur: legat' dicit'. In iii. pro. ubi legit' in. cō. li. iiii. & p secūdū postulatū per legat' p secūdū postulatū & p. In iiii. pro. in. c. li. xii. ubi legit' li. cb. legat' li. gb. & i li. xxiii. ubi legit' qnod: legat'. qd. In pro. viii. in. c. li. iii. ubi legit'. bc. legat'. ac. in li. uero. xxvii. ubi legit' & ei qd est sub. xh. legendū ē: & ei qd ē. xh. in subsequēti uero li. xxviii. ubi legit' at id qd bis: legat': at id qd qter. In pro. x. in cō: li. iiii. ubi legitur ipsorū: legat' ipsarū: in linea. xxiii. ubi legit': quadrara: quadrata legat'. In ppositi. xi. ubi legit' in cō. li. xviii. xix. id est. ad. legatur id est quod. ad. in. xii. propositione. in textu. linea. v. ubi legitur cadat legatur cadit.

¶ Libri tertii errores.

¶ In propo. iiii. in. com. li. ultima ubi legit' demōstraste: legendū est demōstrasse. In pro. v. in. cō. a tergo folii li. v. ubi legit' sigum: legat' signū. in pro. viii. in. c. li. vii. ubi legit' curuuā legendū est curuam in. c. li. vi. ubi legit' curuuā: legat' curuā in li. xxviii. a tergo folii ubi legit' utrisq: utrasq; legat'. in pro. xiiii. in. c. li. xvi. ubi legitur Equalis: legat' æqualis in li. vii. a tergo folii ubi legit' Equalis: legat' æqualis. in. xvi. pro. ubi legit' in cō. li. prima circuus: circulus legat'. in pro. xvii. in cō. a tergo folii li. vii. ubi legit' circulū corre. legat' circulū p correlariū. in pro. xix. in cō. li. iiii. ubi legit'. Q m̄ git': qm̄ igit' legat' in figura uero ubi fit. ad. fiat. li. ac. in propo. xxxi. in. c. li. ii. ubi legit' q gulus q angulus. in. p. xxxiii. in. c. l. xxiii. ubi legit' aut orbis. fb. legat' aut. fb. orbis. in pro. xxxiiii. in. c. ubi legit' circule: legat' circulo.

¶ Libri quarti errores.

¶ In propositione. vii. in figura ubi est li. bb. fiat li. bd. ut sit li. fdk. in pro. x. in cōmento linea ultima ubi legit' unūqueq;: legat' unūquenq;. in prop. xii. in. c. li. xix. ubi legit' eiusi legat' eius: & in li. xxxiiii. ubi legit' anguio: legatur angulo. in ppo. xiii. in. c. li. xvi legit' recta lineas: rectas lineas legat': in li. xix. ubi legit' habentia legatur. in pro. xv. in cō. in li. iiii. ubi legit' illud. d. illud. g. legatur in figura ubi est. b. sit. c. & supra. c. sit. b. in pro. xvi. in cō. l. ix. ubi legit' cōiungentes cōiūgētes legat'.

¶ Libri. v. errores.

¶ In. tertia pro in. c. li. prima ubi legit'. d. qu rti: legat'. d. quarti in lēmate li. prima ubi legit' si: legat' si. in pro. v. in cō. in li. vii. ubi legit' æqle: æqualis legatur. in. vii. propositione in cōmento ubi legitur in prima linea. Sunt: sint legatur in propositione. x. in cōmento linea. ii. ubi legitur ipsi: legatur ipsi. in propositione. xii. in cōmento a tergo linea. iii. non singulorum sed singularum legatur in propo. xvi. in

commento a tergo ubi legitur in linea.vii.multiplices.l.est legatur multiplices e In propositione.xvii.in cōmēto in linea.xxiiii.ubi legitur ipsi.np.legatur ipi.mp. in linea.xxvi.ubi legitur ut,utcunq: utcunq legatur.

¶ Libri.vi.errores.

¶ In parallelos enim rectas lineas.ab.&.cd.recta icidat linea.ef.Dico q. & alternos angulos.agh.&.ghd.æquos efficit:& exteriorem angulū.egb.interiori & opposito:& ad easdem partes hoc est ipsi.ghd.æqualem:& interiores & ad easdem partes hoc ē.bgh.&.ghd.duobus rectis æquales.Si enim inæqualis est.agh.ipsi.ghd.alter eorum maior ē.Sit maior.agh.qm̄ igitur.agh.maior est ipso.ghd.cōmunis ponatur angulus.bgh.anguli ergo.agh.&.bgh.maiores sunt ipsis.bgh.&.ghd.Sed anguli.agh.&.hgb.per.xiii.propositionem duobus rectis sūt ęq̄les:anguli igit̄.bgh.&.ghd.duobus rectis sūt minores:quæ enim a minoribus duobus rectis producuntur in infinitum cōcurrunt: per ultimū postulatū.Rectę igitur lineæ.ab.&.cd.in infinitū productæ cōcurrūt:non concurrunt autē qm̄ paralleli per ultimam diffinitionē. Angulus igitur.agh.angulo.ghd.inæqualis non est: æqualis igitur.Sed angulus.agh.angulo.egb.est æqualis:angulus igitur.egb. per primam cōem sententiam angulo.ghd.est æqualis: cōmunis ponatur.bgh.anguli.egb.&.bgh.igitur angulis.bgh.&.ghd.per.xv.propositionem sunt æquales. Sed anguli.egb.&.bgh.duobus rectis sunt æquales.per.xiii.propositionem & anguli.bgh.&.ghd.duobus rectis sunt æquales.In parallelos igitur rectas lineas & quæ sequuntur reliqua quod ostendere oportebat.



¶ Interpres.


¶ In.xxviii.&.xxix.ppōnibus in cāpani iterptatiōe deest & ad easdē ptes.

¶ Theorema.xxi.propositio.xxx.



Quae eidē rectae lineae paralleli:τ ad inuicē sūt paralleli.


¶ Sint.ab.&.cd.ipsi.ef.paralleli:dico q.ab.ipsi.cd.est parallelus.Incidat enim in eas recta linea.gk.&quoniam in parallelos rectas lineas.ab.&.ef.recta linea.gk.incidit:æqualis est igitur.agk.ipsi.ghf.per.xxix.propositionē.Rursus quoniam in parallelos rectas lineas.ef.&.cd.recta linea.gk.incidit:per eandem æqualis est.ghf.ipsi.gkd. patuit autem q.agh.ipsi.ghf.est æqualis:& q.agk.æqualis est ipsi.ghf.&.agk.igitur ipsi.gkd.est æqualis:& sunt alterni:parallelus igitur est.ab.ipsi.cd.quod ostendendum erat.





¶ Problema.x.propositio.xxxi.

Per datum signum datae rectae lineae:parallelum rectā lineam ducere.



¶ Sit quidem datum signum.a.data uero recta linea sit.bc.oportet iam per datum signum.a.ipsi.bc.rectæ lineæ parallelum rectam lineam ducere.Suscipiat in ipsa.bc.cōtingēs signum sitq; illud.d.& connectātur per primum postulatum.ad.& constituatur.per xxiii.propositionem ad datam rectam lineam.ad.ad datumq; in ea signum.a.dato angulo.adc.æqualis angulus.dae.& producatur per.xiiii.propositionem in rectum ipsius.ea.linea af.Et quoniā in rectas lineas.bc.&.ef.recta linea incidens.ad.alternos angulos.ead.&.adc.æquales ad inuicem fecit:parallelus est igitur.eaf.ipsi.bc.per xxvii.propositiōem:per datum ergo signum.a.datæ rectæ lineæ.bc.parallelus recta linea.eaf.ducta est:quod fecisse oportuit.




¶ Theorema.xxij.propositio.xxxij.

Omnis trianguli vno latere producto:exterior angulus binis iterioribus & opposito est aequalis:& triāguli tres interiores anguli binis sunt rectis aequales.

¶ Sit triāgulum.abc.& producatur unum illius latus sitq;.bc. usq; in.d.Dico q exterior angulus.acd.ipsis.cab.&.abc.duobus interioribus & opposito est æqualis: & trianguli tres anguli interiores hoc est.abc. bca.& cab.duobus rectis sunt æquales.Excitetur enim per precedentem per signum.c.ipsi.ab.rectæ lineæ parallelus.ce.& quoniam parallelus est. ab.ipsi.ce.& in ipsas incidit linea.ac.alterni anguli.bac.&.ace.æquales sunt ad iuicem. Rursus quoniam parallelus est.ab.ipsi.ce.& in eas incidit recta linea.bd.exterior angulus.ecd.per.xxvii.xxviii.xxix.propositiones [illegible]lis est angulo.abc.interiori & opposito:patuit autem q.ace.ipsi.bac.est æqualis.Totus igitur exterior angulus.acd.æqlis ē duobus iterioribus & opposito hoc est ipsis.bac.&.abc.Cōmunis ponatur.acb.angulus igitur.acd.&. acb.tribus angulis.abc.bca.& bac.sunt æquales per.xiii.propositionē:sed. acd.&.acb.duobus rectis sūt æquales:anguli.acb.&.cab.&.cba.igitur duobus rectis sunt æquales. Omnis igitur trianguli & quæ sequuntur reliqua ut in theoremate:quod oportuit ostendere.

¶ Interpres.

¶ In proximo pcedenti theoremate deest in cāpani traditione & opposito.



¶ Theorema.xxiij.propositio.xxxiij.

Equas & parallelos ad easdem partes rectae lineae cōiungentes:& ipsae aequales & parallelae sunt.


¶ Sint æquales rectæ lineæ & paralleli.ab.&.cd.& ipsas cōiūgant ad easdē partes rectæ lineæ.ac.&.bd.dico q.ac.&.bd.eq̄les & paralleli sunt.Cōnectatur enim per primum postulatum.bc.Quoniā parallelus est.ab.ipsi.cd.& in eas icidit.bc.alterni anguli.abc.&.bcd.ad inuicem sunt æquales per.xxix.propositionem.Et quoniam æqualis est.ab.ipsi. cd.cōmunis autē.bc.Duæ igitur.ab.&.bc.duabus.bc.&.cd.sunt æquales: & angulus.abc.angulo.bcd.est æqualis.Basis igitur.bd.per quartā propositionem basi.ac.est æqualis.Et triangulum.abc.triangulo ei quod sub.bcd.

æquum est:& reliqui anguli reliquis angulis sunt æquales alter alteri sub quibus æqualia latera subtenduntur. Angulus igitur.acb.æqualis est ei qui sub cbd.& angulus.bac.ei qui sub.bdc. Et quoniam in duas rectas lineas.ac.& bd.recta linea incidit.bc.alternos angulos hoc est.acb.&.cbd.æquales ad inuicem efficiens. Parallelus igitur est.ac.ipsi.bd.per.xxvii.propositionem: Ostensum autem est q₃ & ei æqualis est. Aequales igitur & parallelos ad easdem partes coniungentes lineæ rectę:& ipæ æquales & paralleli sunt:quod oportuit demonstrasse.

¶ Theorema.xxiiij.propositio.xxxiiij.

Parallelogrãmorũ locorum latera quae ex opposito:& anguli aequalia sũt adinuicẽ: & dimetiẽs ea bifariã secat.

¶ Sit parallelogrãmus locus.acdb.dimetiẽsq; illius esto.bc.Dicoq; parallelogrãmi.acdb.latera & anguli ex opposito adinuicẽ sunt æqualia:& illud dimetiens bifariam secat. Q̃m parallelus est.ab.ipsi.cd.& in eas incidit recta linea.bc.per.xxix.propositionem alterni anguli.abc.& bcd.sunt adinuicem æquales. Rursus qm̃ parallelus est.ac.ipsi.bd.& in eas incidit recta linea.bc.anguli alterni hoc est.acb.&.cbd.æquales sunt adinuicem. Bina igitur triãgula sunt.abc.&.bcd.duos angulos qui sub.abc.&.acb. duobus angulis.bcd.&.cbd.æq̃les hñtia alterũ alteri:p.xxvi.ppõnẽ:& unũ latus uni lateri æq̃le:ad angulos rectos:& cõem coꝝ.bc.& reliq̃ latera reliqs lateribus æqualia erũt alterum alteri:& reliquum angulum reliquo angulo æqualem:latus igitur.ab.est æquale lateri.cd.&.ca.ipsi.bd.& angulus.bac. angulo.bcd.est æqualis. Et qm̃ angulus.abc.æqualis est angulo.bcd.& angulus.cbd.ei q sub.acb. Totus igitur angulus.abd.toti angulo.acd.per.xxvi.propositionem:est æquales:ostensum est autem q₃ angulus.bac.angulo.cbd.ẽ æqualis parallelogrãmoꝝ igitur locorum anguli & latera ex opposito adinuicem sunt æqualia. Dico etiam q₃ dimetiens ea bifariam secat. Q uoniam enĩ ab.æquum est ipsi.cd.&.bc.comunis est. Duę igitur.ab.&.bc.duabus.bc. &.cd.sunt altera alteri æquales:& angulus.abc.angulo.bcd.est æqualis. Basis igitur.ac.per quartam propositionem basi.bd.est æqualis:& triangulum abc.triangulo.bcd.est æquale. Dimetiens igitur.bc.bifariam secat parallelogrammum.abcd.quod erat ostendendum.




¶ Interpres.

¶ Pręcedens theorema peruerse ne dum etiam inscite interpretatum est:sicut ex lectionibus græcis deprehenditur.

¶ Theorema.xxv.propositio.xxxv.

Parallelogrãma in eadem basi:& in eisdem parallelis existentia adinuicem sunt aequalia.

¶ Sint parallelogramma.abcd.&.ebcf.in eadem basi existẽtia hoc est.bc.& in eisdem parallelis hoc est.af.&.bc.Dico q₃ parallelogrammum.abcd.æquale est parallelogrammo.ebcf.Q uoniam enim pa-




rallelogrãmum est.abcd.æqualis est.ad.ipsi.bc.per.xxxiiii.propositionem: & id propterea igitur &.ef.ipsi.bc.Quare &.ad.ipsi.ef.est æqualis: & communis.de.Tota igitur.ae.toti.df.est æqualis.At.ab.ipsi.dc.est æqualis: duæ igitur.ca.&.ab.duabus.fd.&.dc.sunt altera alteri æquales: & angulus.fdc. angulo.eab.est æqualis exterior interiori.Basis igitur.eb.per quartam propositionem basi.fc.est æqualis & triangulum.eab.triangulo.fdc.est æquale.Commune auferatur triangulum.dge.reliquum igitur trapezium.abgd. trapezio.egcf.est æquale.Commune autem ponatur triangulum.gbc.totũ igitur parallelogrãmum.abcd.toti parallelogrammo.ebcf.est æquale.Parallelogramma igitur:& quæ sequuntur reliqua:quod ostendere oportuit.

Theorema.xxvi.propositio.xxxvi.

Parallelogrãma in aequalibus basibus & in eisdem parallelis existentia:ad inuicem sunt aequalia.

Sint parallelogrãma.abcd.&.efgh.in æqualibus basibus cõstituta hoc est.bc.&.fg.& in eisdem parallelis hoc est.ah.&.bg. Dico q; parallelogrãmum.abcd.est æquale parallelogrammo.efgh.Connectatur enim.be.&.ch.quoniam æqualis est.bc.ipsi.fg.sed.fg.æqualis est ipsi ch.&.bc.quoq; ipsi.ch.est æqualis.Sunt autem paralleli & coniungunt eas. be.&.ch.æquales autem & parallelos coniungentes lineę æquales & paralleli sunt per.xxxiii.propositionem.Igitur.eb.&.hc.æquales &paralleli sunt. Parallelogrãmum igitur est.ebhc.& est æquale parallelogrammo.abcd.basim enim eandem habet hoc est.bc.& in eisdem est parallelis hoc est.bc.& eh.ac per hoc.efgh.ipsi.ebch.est æquale.Quare parallelogrãmum.abcd. parallelogrammo.efgh.est æquale:Parallelogramma igitur & quę sequuntur reliqua ut in theoremate:quod erat ostendendum.



Theorema.xxvii.propositio.xxxvii.

Triangula in eadem basi & in eisdem parallelis constituta adinuicem sunt aequalia.

Sint triangula.abc.&.dbc.in eadem basi.bc.& in eisdem parallelis.ad.&.bc.constituta.Dico q; triangulum.abc.est æquale triangulo.dbc.producatur per secundum postulatum.ad.ex utraq; parte in.e.&.f.& per.b.ipsi.ca.per.xxxi.propositionem excitetur parallelus.be. & per.c.ipsi.bd.per eandem parallelus excitetur.cf.parallelogramma igitur sunt.ebca.&.dbcf.& parallelogrãmum.ebca.per.xxxv.propositionem æquale est ipsi.dbcf.parallelogrammo.In eadem enim sunt basi.bc.& in eisdem parallelis.bc.&.ef.At parallelogrammi.ebca.triangulum.abc.dimidium est per.xxxiiii.propositionem nam.ab dimitiens illud bifariam secat:parallelogrammi uero.dbcf.per eandem triangulum.dbc.dimidium est nam. dc.dimetiens illud bifariam secat:at quę æqualium sunt dimidium ad inuicẽ sunt æqualia per septimam communem sententiam:triãgulum igitur.abc. triangulo.dbc.est æquale.Triangula igitur:& quę sequuntur reliqua ut in




theoremate:quod erat oftendendum.

¶ Theorema.xxviij.propofitio.xxxviij.


Triangula in aequalibus bafibus: & in eifdem parallelis conftituta:ad inuicem funt aequalia.


¶ Sint triangula.abc.&.def.in æqualibus bafibus conftituta hoc eft.bc.&.ef.& in eifdem parallelis hoc eft.bf.&.ad.Dico q triangulum.abc.æquum eft triangulo.def.Producatur enim per fecundum poftulatum.ad.ex utraq; parte in.gh.& per.b.ipfi.ca.per.xxxi.propofitionem parallelus excitetur .bg.& per.f.ipfi.de. parallelus excitetur .fh. per eãdem: Parallelogrãmum igitur eft &.gbca.&.defh.At parallelogrãmum.gbca.per.xxxvi.æquum eft ipfi.defh.parallelogrãmo:in æqualibus enim füt bafibus hoc eft.bc.&.ef.& in eifdem parallelis hoc eft.bf.&.gh.At parallelogrãmi.gbca.per.xxxiiii.propofitionem triangulum.abc.medietas eft.ab.enim dimetiens illud bifariam fecat:& triangulum.def.parallelogrãmi.defh medietas eft per eandem:nam dimetiens.fd.illud fecat bifariam.Aequalium uero ea quæ funt dimidium fibi inuicem funt æqualia per.vii.communem fententiam.Triangulum igitur.abc.triangulo.def.eft æquale. Triãgula igitur in æqualibus bafibus;& in eifdem parallelis conftituta fibi inuicem funt æqualia:quod oportuit demonftraffe.



¶ Theorema.xxviiij.propofitio.xxxix.


Triangula aequalia in eadem bafi conftituta:& ad eafdem partes:& in eifdem funt parallelis.


¶ Sint bina triangula.abc.&.dcb. Cõftituta in eadem bafi.bc. Dico q & in eifdem funt parallelis:Cõnectatur.ad.Dico q.ad.ipfi.bc.eft parallelus.Si autem non:excitetur per.xxxi.propofitionem.per a.fignum ipfi.bc.rectæ lineæ parallelus.ae.& connectatur.ec.Triangulum igitur.abc.per.xxxvii.propofitionem æquale eft triangulo.ebc.in eadẽ enĩ funt bafi.bc.in eifdemq; parallelis.ae.&.bc.At triangulum.abc.ipfi triangulo.dbc.eft æquale.per hypothefim. Triangulum igitur.dbc.triangulo.ebc.eft æquale:maius uidelicet minori quod eft impoffibile:parallelus igitur minime eft.ae.ipfi.bc.Similiterq; oñdemus nullã aliã preter.ad.parallelus igit eft.ad.ipfi.bc.triangula igit æqlia:& quæ fequunt reliq:qd erat oñdẽdum.




¶ Interpres.

¶ Cãpanus pofuit:oés:in precedenti theoremate qd apud græcos non inuenitur:apud græcos namq; tantum legitur abfolute:triangula æqualia : & fic nos quoq; in latinum conuertimus.

¶ Theorema.xxx.propofitio.xl.



Triangula aequalia in aequalibus bafibus exiftẽtia & in eifdem funt parallelis.

¶ Sint triangula æqualia.abc.&.cde.in æqualibus bafibus conftituta:hoc eft.bc.&.ce.Dico q & in eifdem funt parallelis. Cõ



nectatur per primũ postulatum.ad.Dico q̃.ad.ipsi.be.est parallelus.Si aũt non:excitetur per.xxxi.propositionem per.a.ipsi.be.parallelus.af.& connectatur.fe. Triangulum igitur.abe.triangulo.efe.est æquale.per.xxxviii.in æqualibus enim sunt basibus constituta.bc.&.ce.& in eisdem parallelis.be.&.af.sed triãgulum.abe.triangulo.dce.est æquale. Triangulum igitur.dce.æquum est triangulo.fce.maius minori quod est impossibile:parallelus minime est.af.ipsi.be.similiterq̃ ostendemus q̃ nulla preter.ad.Parallelus igitur est.ad.ipsi.be.quod ostendere oportebat.


Theorema.xxxi.propositio.xli.



Si parallelogrammum & triangulum eandẽ basim habuerint:in eisdemq̃ fuerint parallelis: trianguli parallelogrammum duplum erit.

Parallelogrãmum enim.abcd.& triangulum.ebc.eandẽ habeant basim.bc.in eisdemq̃ sint parallelis.bc.&.ae.Dico q̃ parallelogrammum.abcd.trianguli.bec.duplum est.Connectatur eni per primum postulatũ.ac. Triangulum igitur.abc.per.xxxvii.æquale est triangulo.ebc.in eadem enim sunt basi.& in eisdem parallelis.bc.&.ae.Sed parallelogrãmum abcd.duplum est ipsius trianguli.abc.per.xxxiiii.propositionem: & dimetiens.ac.illud bifariam secat.Quare parallelogrammum.abcd.ipsius trianguli.ebc.duplum est.Si parallelogrammum & triangulum igitur:& quod sequitur reliquum quod erat ostendendum.

Problema.xi.propositio.xlii.




Dato triangulo aequale parallelogrãmum constituere in dato angulo rectilineo.

Sit datum triangulum.abc.datus uero angulus rectilineus sit.d.oportet iam ipsi triãgulo.abc.æquale parallelogrãmum cõstruere in angulo rectilineo æquale ipsi.d.Secetur per.x.propositionem linea.bc.bifariam in signo.e.& connectatur per primum postulatum.ae.Cõstituaturq̃ per.xxiii.propositionem ad datam rectam lineam.ec.ad datũq̃ in ea signum.e.ipsi angulo.d.æqualis angulus.cef.Et per.xxxi.propositionem per.a.ipsi.ec.excitetur parallelus.ag.& per eandem.per.c.ipsi.ef.parallelus excitetur.cg.Parallelogrãmum igitur est.fecg.& qm̃ æqualis est:be.ipsi ec.triangulum.abe.per.xxxviii.triãgulo.aec.est æquale:in æqualibus enim sunt basibus.be.&.ec.& in eisdem parallelis.be.&.ag.Duplum igitur est triangulum.abc.trianguli.aec.parallelogrãmum autem.fecg.per.xli.duplum est trianguli.aec.basim enim eandem habet in eisdemq̃ parallelis est:parallelogrãmum igitur.fecg.æquum est ipsi triangulo.abc.& habet angulum.cef.æqualem dato angulo.d.Dato igitur triangulo.abc.æquale constitutum est parallelogrammum.fecg.in angulo.cef.qui æqualis est ipsi.d.quod fecisse oportuit.

Theorema.xxxii.propositio.xliii.



Omnis parallelogrāmi eo℞ quae circa dimetiētē sūt parallelogrāmo℞ū supplemēta sibi inuicem sunt aequalia.




¶ Sit parallelogrāmum.abcd.dimetiens uero illius sit.ac.Circa uero.ac.sint parallelogrāma.eh.&.gf.supplementa uero sint bk.&.kd.Dico q̄ supplemētū.bk.æqle ē supplemēto.kd.Q m̄ parallelogrāmū ē.abcd.Dimetiēs uero illius ē.ac.triāgulū.abc.p.xxxiiii.propōnē æquū est triangulo.adc.Rursus qm̄ parallelogrāmum est.aekh.dimetiens uero illius ē.ak.triangulū igit̄.aek.per eandē æquū est triangulo.ahk.Ac per hoc triangulum.kfc.æquum est triangulo.kgc.Atqm̄ triangulum.aek.triangulo.ahk.est æquale:& triangulum.kfc.triangulo.kgc:est æquale:triāgula igitur.aek.&.kgc.triangulis.ahk.&.kfc.sunt æqualia:est autem totum triāgulum.abc.toti triangulo.adc.æquale:reliquum igitur supplemētum.bk.per tertiam cōmunem sententiam reliquo supplemēto.kd.est æquale: Omnis parallelogrāmi ergo:& quod sequitur reliquū:quod oportuit demōstrasse.

¶ Interpres.

¶ Si pcedentis theorematis leges Campani interpretationem studens humanissime:nihil uidebis fœdius hoc in quā dico de ꝓpositiōe.xlii.nescio enī quid hoc sit hominis:nec etiā id mirum: bonus uir non intellexit.

¶ Problema.xvi.propositio.xliv.

D datā rectam lineā:dato triangulo:aequale parallelogrāmum cōstruere in dato angulo rectilineo.



¶ Sit quidem data recta linea.ab.datum uero triāgulum sit.c.datus autē angulus rectilineus sit.d.oportet iam ad datā rectā lineam.ab.dato triāgulo.c.æquale parallelogrāmum ptendere in angulo.d. Constituatur per.xlii.ipsi.c.triangulo æquale parallelogrāmum.befg.in angulo.ebg.qui ipsi.d.est æqualis:Et per.ii.postulatum ponatur ut.be.sit in rectum ipsi.ab.Et extendatur.fg.in.h.& per.a.per.xxxi.propositionē utrisq̧ &.bg.&.ef.parallelus excitetur.ah.& cōnectatur per primū postulatū.hb. &qm̄ in parallelos.ah.&.ef.recta linea icidit.hf.anguli ergo.ahf.hfe.p.xxix. propositionē duobus rectis sūt æquales:Anguli aūt.bhg.&.gfe.duobus rectis sunt minores:quæ aūt a minoribus duobus rectis in infinitum producuntur per.v.postulatum concurrunt:Lineę igitur.hb.&.fe.in infinitū pro ductæ cōcurrunt:producantur igitur & concurrant in.k.& p.xxxi.propositionem per.k.signum utrisq̧.ea.&.fh.parallelus excitetur.kl.& producant̄ per.ii.postulatum lineę.ha.&.gb.ad.lm.signa:parallelogrāmum igitur est. hlkf.illiusq̧ dimetiens est.hk.Circa uero ipsum dimetiētē.hk.parallelogrāma sunt.ag.&.me.supplementa uero.lb.&.bf.Igitur per.xliii.lb.ipsi.bf.est æquale:sed.bf.per.xlii.ipsi triangulo.c.est æquale:igitur &.lb.ipsi.c.est æq̄le.Et quoniam angulus.gbe.per.xv.angulo.abm.est æqualis:sed angulus. gbe.ipsi.d.est æqualis.Angulus igitur.abm.ipsi.d.est æqualis.Ad datā igitur rectam lineam.ab.dato triangulo.c.æquale parallelogrammū ptenditur lb.in angulo.abm.qui ipsi.d.est æqualis.quod fecisse oportuit.

¶ Problema decimumtertium propositio quadragesimaquinta quam Campanus praetermisit.

Dato rectilineo: aequale parallelogrammum constituere in dato angulo rectilineo.

¶ Sit datum rectilineum.abcd.datus uero angulus rectilineus sit.e.oportet iam ipsi.abcd.rectilineo aequale construere parallelogrammum in dato angulo rectilineo: Connectatur per primum postulatum.db.& constituatur per.xlii.triangulo.adb.aequale parallelogrammum.fh.in angulo.hkf.qui ipsi.e.est aequalis: & protendatur per.xliiii.ad rectam lineam.gh.triangulo.dbc.aequale parallelogrammum.gm.in angulo.ghm.q ipsi e.est aequalis. Et quoniam angulus.e.angulo.hkf.& angulo.ghm.est aequalis: angulus igitur.hkf.angulo.ghm.est aequalis. Communis ponatur angulus.khg.anguli ergo.fkh.&.khg.angulis.khg.&.ghm.sunt aequales. Sed anguli.fkh.&.khg.per.xxix.propositionem duobus rectis sunt aequales.anguli igitur.khg.&.ghm.duobus rectis sunt aequales. Ad aliquam rectam lineam.gh.per decimamquartam propositionem ad aliquodque in ea signum h.binae rectae lineae.kh.&.hm.non in eisdem partibus existentes utrobique angulos binis rectis aequales efficiunt. In rectum igitur est.kh.ipsi.hm. At quoniam in parallelos.km.&.fl.recta linea incidit.hg. Alterni anguli.mhg.& hgf.per.xxix.propositionem sibi Inuicem sunt aequales. Communis ponatur angulus.hgl. Anguli ergo.mhg.&.hgl.angulis.hgf.&.hgl.sunt aequales: Sed anguli.mhg.&.hgl.per eandem duobus rectis sunt aequales. In rectum est igitur linea.fg.lineae.gl. At quoniam.fk.ipsi.hg.per.decimamquartam propositionem est aequalis & parallelus.&.hg.ipsi.ml.igitur.per.xxx. propositionem:&.kf.ipsi.ml.aequalis & parallelus est: Sed eas coniungunt rectae lineae.km.&.fl.quae per.xxxiii.propositionem aequales & paralleli sunt parallelogrammum igitur est.kflm. Et quoniam per quadragesimamsecundam triangulum.abd.parallelogrammo.fh.est aequale: & triangulum.dbc.parallelogrammo.gm. Totum igitur.abcd.rectilineum toti.kflm.parallelogrammo est aequale. Dato igitur rectilineo.abcd.aequum parallelogrammum constituitur.kflm.in angulo.fkm.ipsi.e.dato aequali: quod fecisse oportuit.


a d
b c
e
k h m
f g l
k h m
f g l

¶ Interpres.

¶ Accutissimum mathematicum Euclidem semper in elementis hoc obseruasse inuenimus: ut Theoremata scilicet: atque problemata: quibus totum elementorum uolumen continetur: precedentia subsequentibus Theorematibus & problematibus opitulentur: & ipsa aperiant: ac enodent: Unde sane facillime datur intelligi quod si theorema aliquod siue problema pretermittatur sequentium propositionum omnis prorsus intelligentia corruet: nam ex antecedentibus subsequentium omnis certe scatet comprobatio: ex quo ad diffinitiones: postulata: & communes sententias perueniens: quae sic aper-


ta & clara sunt:ut nulla prorsus comprobatione indigeant. Quod sane ab insulsissimo Campano Euclidis non interprete:sed peruersore:ut ita dicendum sit:neglectum inscitia est. Qui quoniam sicut facile intueri possumus: ipsum non intelligens Euclidem problema decimūtertiū propositionem uero.xlv.præcedentem ptermissit ingenue:non animaduertēs bonus uir problema huiusmodi subsequentibus demonstrationibus suffragari.

Problema decimumquartum. Propositio quadragesimasexta.



Ex data recta linea quadratum describere.

Sit data recta linea.ab.oportet ex.ab.recta linea quadratum describere:excitetur per undecimam propositionem ipsi rectæ lineę.ab.a dato signo.a.ad angulos rectos.ac.& ponatur per tertiam propositionem ipsi.ab.æqualis.ad.Et per trigesimamprimam propositionem per signum.d.ipsi.ab.parallelus excitetur.de.& per eandem per signum.b.ipsi.ad.excitetur parallelus.be.æqualis igitur est.ab.ipsi.de.&.ad.ipsi.be.Sed.ab.ipsi.ad.est æqualis:quattuor igitur.ba.ad.de.&.eb.sibi inuicem sunt ęquales:æquilaterum igitur est.adeb.parallelogrammum.Dico etiam q & rectāgulum est. Quoniam in parallelos.ab.&.de.recta linea incidit.ad.anguli igitur.bad.&.ade.per uigesimamnonam propositionem duobus rectis sūt æquales: angulus autē.bad.est rectus: angulus igitur.ade.est etiam rectus: parallelogrammorum locorum autem latera & anguli ex opposito sibi inuicem sunt æqualia per trigesimamquartam propositionem.Ex opposito igitur ambo &.abe.&.bed.anguli sunt recti.Rectangulū igitur est.abed.ostēsum autem est q & æquilaterum. Quadratum igitur est:atq ex data recta linea.ab.descriptum quod facere oportebat.




Theorema trigesimūtertiū Propositio. quadragesimaseptima.



In rectangulis triangulis:quadratum quod a latere rectum angulum subtendente fit: aequum est quadratis quae fiunt ex lateribus rectum angulum cōtinentibus.

Sit triangulum rectangulum.abc.rectum habens qui sub.bac. angulum.Dico q quadratum quod fit ex.bc.æquum est quadratis quæ fiunt ex ba.&.ac.Describatur igitur per quadragesimamsextam ex.bc.quadratum bdce.& per eādem ex.ba.&.ac.quadrata.gb.&.hc.Et per.a.ipsis.bd.&.ce. per trigesimamprimā propositionem parallelus excitetur.al.Et connectantur per primum postulatum.ad.&.cf.& quoniam anguli.bac.&.bag.sunt recti:ad aliquam rectam lineam.ba.ad datumq in ea signum.a.duæ rectæ lineæ.ac.&.ag.non in easdem partes proiectæ angulos utrobiq duobus rectis æquos efficiunt per.xiiii.propositionem:in rectum igitur est.ac.ipsi.ag. Ac per hoc &.ba.ipsi.ah.est in rectum:Et quoniā angulus.dbc.æqualis est angulo.fba.rect9 enim uterq est.Cōmunis ponatur angulus.abc.totus igitur.dba.toti.fbc est æqualis: Et quoniam duæ.ab.&.bd.duabus.fb.&.bc




ſunt altera alteri æquales:& angulus.dba.angulo.fbc.eſt æqualis: Baſis igitur.ad.baſi.fc.per quartam propoſitionem eſt æqualis:& triangulum.abd. triangulo.fbc.eſt æquale. Trianguli uero.abd.per quadrageſimāprimā parallelogrāmū.bl.duplum eſt:baſim enim habet eandē hoc eſt.bd.in eiſdéq; eſt parallelis:hoc eſt.bd.&.al.Et trianguli quoq;.fbc.p eandem quadratum gb.duplum eſt:baſim namq; eandem hēt hoc eſt.bf.& in eiſdem eſt parallelis:hoc eſt.fb.&.gc.quæ autem æqualium dupla ſunt per.vi.cōmunem ſententiam ad inuicem ſunt æqualia:parallelogrāmum igitur.bl.æquum ē quadrato.gb.Similiterq; ſi cōnectantur per primum poſtulatum.ae.&.bk.oſtēdetur parallelogramum.cl.æquale eſſe quadrato.hc. Totum igitur quadratum.bdec.duobus.gb.&.hc.quadratis æquum eſt:Et quadratum.bdec.eſt deſcriptū ex.bc.at quadrata.bg.&.hc.ſunt deſcripta ex.ba.&.ac.Quadratum igitur quod ex.bc.latere:æquum eſt q̄dratis quę fiunt:ex lateribus.ba. &.ac.In rectāgulis igitur triangulis:quadratū qđ ex rectū angulū ſubtēdente latere fit:& quę ſequunť reliq̄ ut in theoremate:quod erat oſtendendum.

Theorema.xxxiiij.propoſitio.xlviij.



Si trianguli quod ab vno laterum quadratū aequale fuerit eis quae a reliquis trianguli lateribus quadratis: angulus comprehenſus ſub reliquis trianguli duobus lateribus rectus erit.



Trianguli nāq;.abc.quod ex uno latere.bc.quadratum æquum ſit eis q̄ ex.ba.ac.lateribus quadratis.Dico q; angulus.bac.rectus eſt:excitetur enim per.xi.propoſitionem ab.a.ſigno ipſi.ac.rectę lineę ad angulos rectos.ad. Et p.iii.propoſitionem:ponatur ipſi.ab.æqualis.ad.& per primū poſtulatū connectatur.dc.Et qm̄ æqualis eſt.da.ipſi.ab.quadratum quod ex.da.æquū eſt quadrato quod ex.ab.Cōmune apponatur quadratum quod ex.ac.quadrata igitur quæ ex.da.&.ac.æqualia ſunt eis quę ex.ba.&.ac.quadratis.At per precedentem quadratis quæ ex.da.&.ac.æquum eſt quadratum qđ ex dc.Rectus eſt igitur angulus.dac.Quadratis aūt ex.ba.&.ac.per hypotheſin.æquum eſt quadratum qđ ex.bc.nam id receptum eſt:Quadratum igitur quod ex.dc.æquū eſt quadrato quod ex.bc.Quare latus.dc.lateri.bc.ē æquale:& qm̄.da.ipſi.ab.eſt æquale:cōmunis autē.ac.duæ igitur.da.&.ac. duabus.ba.&.ac.ſunt æquales:& baſis.dc.baſi.bc.per.iiii.propoſitionem ē ęqualis.Angulus igiť.dac.angulo.bac.eſt ęqualis:At angulus.dac.rectus ē: rectus igitur eſt & angulus.bac.Si triāguli ergo quod ab uno laterꝫ quadratum æquū fuerit eis quę a reliquis trianguli duobus lateribus q̄dratis: angulus cōprehēſus ſub reliq̄s duob9 triāguli laterib9 rect9 erit:qđ erat oñdēdū.

Interpres.

In fine huius primi uoluminis ſtultiſſimus cāpanus neſcio quā aſtruēs propōnē quæ in codicibus gręcis in primo uolumine neutiq̄ iuenit: conatur deſcribere id qđ hucuſq; Euclides nōdū qd ſit edocuit:gnomonē.ſ.quē in ſecūdo elemētoꝝ libro diffinit Euclides:At ſi ex añcedētibus ſubſequētiū:

habetur doctrina:prius erat sciendum quid sit gnomon:& postmodum ostēdendum quomodo cōstruatur gnomon:uult prius bonus uir campanus cōstruere faciem hominis priusq̄ sciat quid sit homo:neq; etiam ut censeo est possibile q̄ quis id quod nescit efficiat aut fabricet: nam ut Ammonius Porphyrii interpres īquit:philosophari cupientibus necesse est prius scire quid sit philosophia:&sic hoc loco a Campano fieri debuit:scilicet exprimere prius quid sit gnomon postmodum illius constructionē aperire.

¶ Euclidis Megarensis accutissimi mathematici elementorum libri primi extraditiōe theonis Bartholamęo Zamberto Veneto interprete. FINIS.

¶ Euclidis Megarensis accutissimi mathematici elementorum Liber Secundus ex traditione Theonis Bartholamęo Zāberto Veneto interprete.

¶ Parallelogrammum rectangulum.



Mne parallelogrāmum rectāgulum sub duabus rectum angulum comprehendentibus rectis lineis dcitur contineri.

¶ Quid gnomon.


¶ Omnis parallelogrāmi loci eorū quę circa dimetiētem illius sunt parallelogrāmorū unumquodq; cum binis supplementis gnomon uocetur.



¶ Theorema primum propositio prima.


Si fuerint binae rectae lineae:secetur que ipsarum altera in quotcunq; segmenta:rectangulum cōprehensum sub duabus rectis lineis:aequū est eis quae ab insecta & quolibet segmento rectangulis:comprehenduntur.

¶ Sint binae rectae lineae.a.&.bc.seceturq; earū altera.bc.utcunq; in.d.scilicet &.e.signa.Dico q̄ rectangulum comprehensum sub.a.&.bc.aequū est rectangulo comprehēso sub.a.&.bd.& ei quod sub.a.&.de.& etiam ei quod sub.a.&.ec.excitetur namq; per.xi.propositionem primi ex.b.ipsi.bc.ad.angulos rectos.bf.ponat quoq; p.iii.primi.ipsi.a.aeq̄lis.bg.& per.g.ipsi.bc.p.xxxi.primi parallelus excitet.gh.& p eādē p.dec.ipi.bg.excitētur paralleli.dk.el.ch.Aequū est iam.bh.ipsis.bk.dl.&.eh.&.bh.ei quod sub.a.&.bc.comprehenditur enim ex.gb.&.bc. aequalis enim est.bg.ipsi.a. At.bk.ei quod ex.a.&.bd.comprehēditur namq; ex.gb.&.bd.aequalis enim est.bg.




ipsi.a.At.dl.ei quod sub.a.&.de.æqualis namq; est.dk.hoc est.bg.ipsi.a.Et insuper similiter.eh.ei quod ex.a.&.ec.Quod igitur ex.a.&.bc.comprehēditur æquum est ei quod sub.a.&.bd.& ei quod sub.a.&.de.& ei insup qđ sub.a.&.ec.Si fuerint ergo binę rectę lineę seceturq; earum altera:& quæ sequuntur reliqua:quod erat ostendendum.

Theorema.ij.propositio.ij.



Si recta linea secetur vtcūq;:quae sub tota & quolibet segmentorum rectangula comprehenduntur:aequalia sunt ei quod ex tota est quadrato.




Recta enim linea.ab.secetur utcunq; in signo.c.Dico q rectangulum comprehensum sub.ab.&.bc.cum rectangulo comprehenso sub.ba.&.ac.æquum est quadrato quod ex.ab.Describatur enim per.xlvi. primi.ex.ab.quadratū.adeb.exciteturq; per.xxxi.primi.per.c.utriq;.&.ad. &.bc.parallelus.cf.Aequum est igitur.ae.ipsis.af.&.ce.est autem.ae.ex.ab. quadratum:&.af.ex.ba.&.ac.rectangulum contentum:comprehēditur enī ex.da.&.ac.æqualis autem est.ad.ipsi.ab.&.ce.ei quod sub.ab.bc.æqualis enim est.be.ipsi.ab.Quod igitur sub.ba.&.ac.cum eo quod sub.ab.&.bc. æquum est quadrato quod ex.ab.Si recta igitur linea:& quæ sequuntur reliqua ut in theoremate:quod ostendere oportuit.

Theorema.iii.propositio.iij.



Si recta linea secetur vtcunq;:rectangulum sub tota & vno segmentorum comprehensum:aequum est ei quod sub segmentis comprehenditur rectāgulo:& ei quod ex predicto segmento fit quadrato.



Recta enim linea.ab.secetur utcunq; in signo.c.Dico q rectāgulum cōprehensum sub.ab.&.bc.æquum est rectangulo cōprehenso sub.ac.&.cb. cum quadrato quod ex.bc.Describatur enim per.xlvi.primi ex.bc.quadratum.cdeb.& extendatur.ed.in.f.Et per secundum postulatum per.a.utriq; cd.&.be.per.xxxi.primi parallelus excitetur.af.Aequum iam est.ae.ipsis.ad &ce.estq;.ae.rectangulum comprehensum sub.ab.&.bc.comprehēditur & enim sub.ab.&.be.æqualis est.be.ipsi.bc.Et.ad.est quod sub.ac.&.cb. Aequalis enim est.dc.ipsi.cb.at.db.quadratum est quod fit ex.cb.Rectangulum igitur contentum sub.ab.&.bc.æquum est rectangulo comprehenso sub.ac.&.cb.cum quadrato qđ ex.bc.Si recta igitur linea secetur:& quæ sequuntur reliqua ut in theoremate:quod demonstrasse oportuit.


Interpres.

Et si campanus in primo:secundo:& tertio huius secūdi uoluminis theoremate errauerit:tamen quoniam hii errores admodum sunt leues liceta codicibus græcis disentiant:hic immorandum non esse cēsuimus:sed in illis eē consistendum ubi correctione:& animaduersione opus est.

Theorema.iiij.propositio.iiij.



I recta linea secetur vtcunq;:quadratum quod fit ex to ta:aequum est quadratis quae fiunt ex segmētis:⁊ ei qđ bis sub segmentis comprehenditur rectangulo.



¶ Recta eni linea.ab.secet̃ utcũq; in signo.c.Dico q̈ quadratũ ab.æquũ est quadratis quę fiũt ex.ac.&.cb.& bis sub.ac.&.cb.contento re ctangulo.Describatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.adeb:& con nectatur.bd.& per.xxxi.primi per.c.utrisq;.ad.&.cb.parallelus excitetur. cf.& per eandem per.g.utriq;.ab.&.dc.parallelus excitetur.hk.Et quoni am parallelus est.cf.ipsi.ad.& in eas incidit.bd.per.xxviii.&.xxix.primi an gulus exterior.cgb.æqualis est interiori:& opposito.adb.Sed angulus.adb. ei qui sub.abd.per.v.primi est æqualis: & quoniam latus.ba.lateri.ad.est æquale.Igitur angulus.cgb.angulo:gbc.est æqualis:quare per.vi.primi & latus.bc.lateri.gk.est æquale.Sed.cb.ipsi.gk.est æquale: &.cg.ipsi.kb.Igi tur.gk.ipsi.kb.est æquale:æquilaterum igitur est.cgkb.Dico etiam q̈ rectã gulum.Quoniam parallelus est.cg.ipsi.bk.& in eas incidit linea.cb.angu li igitur.kbc.&.gcb.per.xxix.primi duobus rectis sũt æquales:angulus aũt kbc.rectus ẽ.Rectus igitur ẽ & angulus.bcg. Quare p.xxxiiii.primi & ex opposito anguli.cgk.&.gkb.sũt recti. Rectãgulũ igitur est.cgkb. Oñsum autem est q̈ & æquilaterum:quadratum igitur ẽ:estq; ex.bc.ac per hoc.hf. quadratũ est:& est.ex.hg.hoc est.ac.Quadrata igit̃.hf.&.kc.sunt ex.ac.& cb.Et quoniam.ag.æquum est ipsi.ge.estq;.ag.id quod sub.ac.&.cb.æqua lis namq; est.gc.ipsi.cb.Igitur.ge.per.xliii.primi æquum est ei quod sub.ac. Igitur &.ag.&.ge.æqualia sunt ei quod bis est sub.ac.&.cb.Quadrata au tem.hf.&.ck.sunt ex.ac.&.cb.Quattuor igitur.hf.ck.ag.&.ge.sunt eis æq̃ lia quę fiunt ex.ac.&.cb.quadratis:& ei quod fit bis sub.ac.&.cb.rectangu lo.Sed.hf.ck.ag.&.ge.sunt totum.adeb.quod est quadratum quod ex.ab. Quadratum igitur quod fit ex:ab.æquum est eis quę fiunt ex.ac.&.cb.qua dratis.Et ei quod bis sub.ac.&.cb.comprehenditur rectangulo Si recta igi tur linea secetur utcunq;:quadratum quod fit ex tota æquum est eis quę ex sectionibus fiunt quadratis:& ei quod bis comprehenditur sub sectionibus rectangulo:quod demonstrasse oportuit.

¶ Aliter idem ostendere.

¶ Dico q̈ quadratum.ab.æquum est eis quę fiunt ex.ac.&.cb.quadratis: & ei quod bis sub.ac.&.cb.comprehenditur rectangulo.In eadem enim de scriptione:quoniam æquale est.ab.ipsi.ad.æqualis est angulus.abd.ei.qui sub.adb.per qntam primi.Et quoniam omnis trianguli tres anguli duobus rectis sunt æquales per.xxxii.primi. Trianguli.abd.tres anguli.adb.dba.& bad.duobus rectis sunt æq̃les:per eandẽ.Rectus aũt est angulus.bad.reliq ergo anguli.abd.&.adb.uni recto sunt æq̃les.Et sũt æq̃les alter alteri:uterq; igit̃.adb.&.abd.dimidiũ ẽ recti.Angulus aũt.bcg.rectus est:æquus igit̃ est ei q̄ ex opposito ad.a.p.xxix.primi.Reliquus igit̃ angulus.cgb.dimidiũ ẽ re

cti. Angulus igitur.cgb.angulo.cbg.est æqualis:quare & latus.bc.æquale est ipsi.cg.sed.bc.ipsi.gk.est æquale &.cg.igitur ipsi.bk.est æquale:æquilaterum igitur é.ck.habet autem & angulum .cbk.rectum:quadratum est igitur.ck.& est ex.bc.& ob id.hf.quadratum est:& æquum est ei quod sub ac.igitur.ck.&.hf.sunt quadrata & æqualia sunt eis quæ ex.ac.&.cb.fiunt quadratis:& quoniam æquum est.ag.ipsi.eg.estq;.ag.id quod sub.ac.&.cb.æqualis enim est.cg.ipsi.cb.&.eg.igitur æquum est ei quod fit sub.ac.& cb.igitur.ag.&.eg.sunt æqualia ei quod bis fit ex.ac.&.cb. Sũt autem.ck.& hf.æqualia eis quæ fiunt sub.ac.&.cb.Igitur.ck.hf.ag.&.gc.sunt æqualia eisque ex.ac.&.cb.& ei quod bis fit sub.ac.&.cb.sed.ck.hf.ag.&.ge.totum sunt.ae.quadratum quod fit ex.ab. Quadratũ igitur quod fit ex.ab.æquũ est quadratis quæ fiunt ex.ac.&.cb.& ei rectangulo quod bis comprehenditur sub.ac.&.bc.quod ostendere oportuit.

Correlarium.

Ex hoc manifestum est q; in quadratis areis parallelogramma quæ circa dimetientem:quadrata sunt.


Interpres.

Correlarium huiusmodi non precedere:sed subsequi demonstrationem debet:sicut ex codicibus græcis etiam datur intelligi:nam demonstratio illa ipsum ostendit correlarium.Campanus autem iniussus correlarium admisit priusquam ostenderet Euclidis theorema ex cuius demonstratione correlarium pendet.Quod quidem quomodo satis cõmode facere possit nescio:nam si id ex quo correlarium fit nobis non dum est notum:quomodo igitur intelligere possumus correlariũ? Declarato igitur theoremate:& ipso demonstrato:ex illa demonstratione tunc sese ostendit correlarium: subsequi debuit ergo non præcedere demonstrationem.

Theorema.v.propositio.v.




Si recta linea secetur in aequalia:& in non aequalia:rectãgulum comprebensum ab inaequalibus sectionibus totius:vna cum quadrato quod a medio sectionũ aequũ est ei quod a dimidia fit quadrato.



Recta enim linea quædam.ab.secetur quidem in æqualia in.c.& in non æqualia in.d.Dico q; rectãgulum comprehensum sub.ad.&.db.una cum quadrato quod ex.cd.æquum est ei quod fit ex.cb.quadrato.Describatur enim per.xlvi.primi ex.cb.quadratum.cefb.& per primum postulatum cõnectatur.be.& per.xxxi.primi.per.d.utrisque &.ce.&.bf.parallelus excitetur.dg.& per eandem per.h.utrisq;.ab.&.ef.parallelus excitetur.km.& rursus per eandem per.a.utrisq;.cl.&.bm.parallelus excitetur.ak.Et quoniã p xliii.primi supplementũ.ch.æquũ est supplemento.hf.cõe ponat.dm.totũ igitur.cm.toti.df.est æquale. Sed.cm.ipsi.al.est æquale.Quoniam.ac.ipsi.cb.est æqualis:&.al.igitur ipsi.df.est æquale:commune ponatur.ch.totum


igitur.ah.ipsis.dl.&.df.est æquale.Sed.ah.æquū est ei quod sub.ad.&.db. æqualis enim est.dh.ipi.db.&.fdl.est.mnx.gnomō: Gnomon igitur.mnx. æqualis est ei quod sub.ad.& db.Cōmune ponatur.lg.quod æquum est ei quod fit sub.cd.gnomon igitur.mnx.&.lg.sunt æqualia rectangulo cōprehēso sub.ad.&.db.& ei quod fit ex.cd.quadrato.per.xxxvi.primi.Sed gnomon.mnx.&.lg.totum sunt quadratum.cesb.quod est ex.bc.Rectāgulum igitur cōprehēsum sub.ad.&.db.una cum quadrato quod ex.cd.fit.æquū est quadrato quod fit ex.cb.Si recta igitur linea:& quæ sequūtur reliqua ut in theoremate: quod oportuit demonstrasse.

ℭ Theorema.vi.propositio.vi.



Si recta linea bifariā secetur:adiiciaturq ei aliqua recta linea in rectum:rectangulum comprehēsum sub tota cū apposita:& appositae vna cum quadrato quod fit a dimidia aequum est ei quod fit ex cōiecta & dimidia & apposita tanquam ex vna descripto quadrato.

ℭ Recta enim linea.ab.secetur bifariam ī signo.c.apponaturq;ei aliqua recta linea in rectum.bd.Dico q rectangulum comprehēsum sub.ad.&.db. una cum quadrato quod fit ex.bc.æquū est ei quod fit ex.de.quadrato: Describatur per.xlvi.primi ex.cd.quadratum.cefd.& per primum postulatum connectatur.de.& per.xxxi.primi per.b.signum utriq3 earum.ce.&.df.parallelus excitetur.bg.& per eādem per.h.signum utriq3 earum.ad.&.cf.parallelus excitetur.km.& insuper per eādem p.a.utriq3 earum.cl.&.dm.parallelus excitetur.ak Quoniam igitur per.xxxvi.primi æqualis ē.ac.ipi.cb. æquum est.al.ipsi.ch.Sed per.xliii.primi.ch.æquum est ipsi.hf.Igitur &.al. ipsi.hf.per eandem est æquale:commune apponatur.cm.totum igitur.am. gnomoni.nxo.est æquale.Sed.am.ē id quod fit sub.ad.&.db.æqualis enim est.dm.ipsi.db.& gnomon igitur.nxo.æqualis est rectangulo comprehenso sub.ad.&.db.Cōmune apponatur.lg.quod æquum ē quadrato quod fit ex bc.Rectāgulum igitur comprehensum sub.ad.&.db.una cum eo quod ex cb.quadrato æquum est ipsi.nxo.gnomoni:& ipsi.lg.sed gnomon.nxo.& lg.totum sunt.cefd.quadratum quod fit ex.cd.Rectāgulum igitur comprehensum sub.ad.&.db.una cum quadrato quod ex.bc.æquum est quadrato quod ex.cd.Si recta igitur liea & quæ sequūtur reliqua qd' ōndere oportuit.




ℭ Theorema.vii.propositio.vii.



Si recta linea secetur vtcūq;qd' a tota:& ab vno segmentorum vtraq fiunt quadrata:aequalia sunt rectāgulo cōprehenso bis sub tota & dicto segmento:& ei quod a reliquo segmento fit quadrato.

ℭ Recta enim linea.ab.secetur ut cunq3 in signo.c.dico q quadratū ex.ab. &.bc.æquum est rectangulo contento bis sub.ab.&.bc.& ei quod fit sub. ac.quadrato.Describatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratū.adeb.describaturq figura.Quoniam per.xliii.primi æquū est.ag.ipsi.ge.cōe apponatur

tur.cf.totum igitur.af.toti.ce.est æquale.Igitur.af.&.ce.duplum est ipsius.af.Sed af.&.ce.sunt.klm.gnomõ:&.cf.quadratum.&.klm. igitur gnomon &.cf.duplum est ipsius.af.Est autem ipsius.af.duplum & bis illud quod ex ab.&.bc.fit.æqualis enim est.bf.ipsi.bc.ergo.klm.gnomon & quadratum.cf.æquum est rectangulo contento bis sub.ab.&.bc.commune apponatur dg.quod est quadratum ex.ac.gnomon igitur.klm.&.bg:&.gd.quadrata: æqualia sunt & ei quod bis sub.ab.&.bc.rectangulo continetur: & ei quod ex.ac.fit quadrato. Sed.klm.gnomon:& quadrata.bg.&.gd.totum sunt bade.&.cf.quæ sunt ex.ab.&.bc.quadrata:quadrata igitur ex.ab.bc.æqualia sunt rectãgulo bis sub.ab.&.bc.cõprehenso cum eo quod fit ex.ac.quadrato. Si recta igitur linea:& quæ sequuntur reliqua ut in theoremate:quod demonstrasse oportuit.




¶ Interpres.

¶ Sequens theorema cãpanus peruerse iterpretatus est: cum dixit eiq; in longum uni diuidentium adiũgatur:quod quidẽ græci codices prorsus oẽs non habent:cætera uero theorematis uerba sic egregie conuertit ut nec pes nec caput uni redatur formæ:hoc sane facile datˀ intelligi:ex lectione greca.

¶ Theorema.viii.propositio.viij.

Si recta linea secetur vt cunq;:rectangulum comprehensum quatter sub tota ꝛ vno segmẽtorum cum eo quod ex reliquo segmẽto est quadrato:aequum est ei quod fit ex tota ꝛ pdicto segmẽto tãq; ab vna descripto q̃drato.

¶ Recta enim linea quędam.ab.secetur ut cunq; in signo.c.dico q; quatter sub.ab.&.bc.comprehensum rectãgulum una cum eo quod ex.ac. quadrato:æquum est ei quod fit ex.ab.&.bc.tanq̃ ab una descripto q̃drato:Producatur enim per sextam secũdi in rectam lineam ipsi.ab.recta linea.bd.& ponatur ipsi.bc.æqualis.bd.per secundam primi.Et p.xlvi.primi ex.ad.describatur quadratum.aefd.&describatur dupla figura. Q uoniã igitur æqualis est.cb.ipsi.bd.sed.cb.ipsi.gk.est æq̃lis.&.bd.p.xxxiiii.primi ipi.kn.est æq̃lis.&.gk.igitur ipsi.kn.est æqualis.Et pinde.pr.ipi.ro.est æqualis.Et q̃m æq̃lis est.bc.ipsi.bd.&.gk.ipsi.kn.æquum est igitur.ck.ipsi.kd.&.gr.ipsi.rn.p xxxvi.primi.Sed p.xliii.primi.ck.ipsi.rn.est æquale: supplemẽta enim sunt parallelogrãmi.co.&.kd.igitur ipsi.nr.est æquale.Igitur.dk.ck.gr.&.rn.sibi inuicem sunt æqualia:quattuor igitur quadruplicata sunt ipsius.ck.Rursus quoniã æqualis est.cb.ipsi.bd.sed.bd.quidem ipsi.bk.hoc est ipsi.cg.est æq̃lis.Et.cb.igitur hoc est.gk.ipsi.gp.est æqualis.&.cg.igitur ipi.gp.est æq̃lis.Et quoniam æqualis est.cg.ipsi.gp.&.pr.ipsi.ro.æquum est.ag.ipsi.mp.&.pl.ipsi.rf.sed.mp.ipsi.pl.per.xxxvi.primi est æquale:supplementa enim sunt parallelogrãmi.ml.&.ag.Igitur.ag.ipsi.rf.per.xliii.ciusdem est æquale.Q uattuor igitur.ag.mp.pl.&.rf.sibi inuicem sunt æqualia:quattuor igitur quadruplicata sunt ipsius.ag.ostensum autem est quattuor.ck.kd.gr.&.rn.ipsius.ck.quadruplicata:octo igitur quæ gnomonem.sty.complectũ




tur quadruplicata sunt ipsius.ak.Et quoniã.ak.est sub.ab.&.bd.ęqualis enĩ est.bk.ipsi.bd.Quod igitur quatter est sub.ab.&.bd.quadruplicatum est ipsius.ak.ostẽsum est autem ꝙ ipsius.ak.quadruplicatum & gnomon.sty. Igitur id quod quatter ẽ sub.ab.&.bd.gnomoni.sty.ęquum ẽ.Cõmune apponatur.xh.quod ęquum est quadrato quod ex.ac.rectãgulum igitur quatter sub.ab.&.bd.comprehensum:cum quadrato quod ex.ac.ęquũ est gnomoni.sty.Et ei quod est sub.xh.sed.sty.gnomon &.xh.totũ sunt.acfd.quadratumquod est sub.ad:At id quod bis sub.ab.&.bd.una cum eo quod fit ex.ac.ęquum est ei quod fit sub.ad.quadrato:ęqualis autem est.bd.ipsi.bc. Rectangulum igitur comprehẽsum sub.ab.&.bc.una cum eo quod fit ex ac.quadrato:æquum est ei quod fit ex.ad.hoc est ei quod fit ex.ab.&.bc.tãquam ab una descripto quadrato.Si recta igitur linea:& quę sequuntur reliqua quod erat ostendendum.

Theorema.viiij.propositio.viiij.

Si recta linea secetur in aequalia:ꝛ nõ aequalia: quae ab inaequalibus totius segmẽtis fiũt quadrata dupla sunt eius qđ a dimidia:ꝛ eiꝰ qđ a medio sectionũ fit q̃drato.

Recta enim linea quædam.ab.secetur in æqualia in signo.c.& in non ęqualia in.d.Dico ꝙ quadrata ex.ad.&.db.dupla sunt eorum quę ex.ac.&.cd.sunt quadratorum:Excitetur enim per.xi.primi ex.c.signo ipsius.ab.ad angulos rectos.ce.& ponatur per secundam primi æqualis utraqꝫ ipsarum.ac.&.cb.Et per primum postulatum cõnectantur.ae.&.eb.Et per xxxi.primi per.d.ipsi.ec.parallelus excitetur.df.& per eãdem per.f.ipsi.ab. parallelus excitetur.fg.& per primum postulatum connectatur.af.Et quoniam ęqualis est.ac.ipsi.ce.ęqualis est per.v.primi angulus.eac.angulo.cea. Et quoniã rectus est angulus qui ad.c.reliq igitur anguli.eac.&.aec.uni recto sunt æquales:uterqꝫ igitur eoꝝ qui sub.aec.&.eac.recti dimidus est.Ob id quoqꝫ & uterqꝫ ipsoꝝ.ebc.&.ceb.recti dimidius est:Totus igitur.aeb.rectus est.Et quoniã qui sub.gef.recti dimidius est:rectus autẽ qui sub.egf. ęqualis enim interiori est & opposito.per.xxix.primi:hoc est ipsi.ecb.Reliquus igitur qui sub.efg.recti dimidius est.Aequus igitur est.p.xxvi.primi q sub.gef.ei q sub.efg.Quare.p.vi.primi & latus.ge.lateri.gf.est ęquale.Rursus qm̃ angulus q ad.b.recti dimidius ẽ:rectus aũt est q sub.fdb.Aeq̃lis rursus est iteriori & opposito ipsi.ecb.p.xxvi.primi.Reliquus igitur q sub.bfd. recti dimidius est.Aequalis igitur est angulus q ad.b.ipsi.dfb.Quare p.vi. primi & latus.df.lateri.db.est æquale.Et quoniã.ac.ęq̃lis ẽ ipsi.ce.& æquũ ẽ quod ex.ac.ei qđ ex.ce.quadrata igitur quæ sunt ex.ac.&.ce.eiꝰ sunt dupla qđ est ex.ac.At p.xlvii.primi eis quę sunt ex.ac.&.ce.ęquũ ẽ quod ex.ea.fit quadratũ:Angulus enim qui sub.ace.rectus est:Igitur qđ ex.ae.fit eiꝰ quod est ex.ac.duplũ est:Rursus quoniã æq̃lis ẽ.eg.ipsi.gf.æquũ est id qđ ex.eg. ei qđ ex.gf.Quadrata igitur ex.eg.&.ef.dupla sunt q̃drati qđ ex.gf.Quadratis aũt quæ fiunt ex.eg.&.gf.æquũ est id qđ ex.ef.per.xlvii.primi.Qua-



dratum igitur qđ ex.ef.duplũ eſt eius qđ ex.gf.Aequalis aũt eſt.gf.ipſi.cd.igit̃ qđ ex.ef.duplũ eſt eius qđ ex.cd.Eſt aũt & id qđ ex.ae.duplũ eius qđ fit ex.ac.Quadrata igit̃ quæ ex.ae.&.ef.q̃dratoꝝ quæ fiunt ex.ac.&.cd.dupla ſunt.Eis aũt quæ fiũt ex.ae.&.ef.æquũ eſt id qđ ex.af.fit quadratũ per xlvii.primi:Quadratũ igit̃ ex.af.eoꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiunt duplũ eſt. Ei aũt qđ fit ex.af.æqualia ſunt ea quæ fiũt ex.ad.&.df.p.xlvii.primi.Rectus enim eſt angulus q ad.d.Ea igit̃ quæ ex.ad.&.df.dupla ſunt eoꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiũt q̃dratoꝝ.Aequalis enĩ eſt.df.ipſi.db.Quadrata igit̃ quæ ex.ad.&db.fiunt dupla ſunt eoꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiũt q̃dratoꝝ.Si recta igit̃ linea ſecetur in partes æquales:& inæquales:quæ ab inæqualibus totius ſegmentis fiunt quadrata:dupla ſunt eius quod ex dimidia:& ex medio ſegmentorum fit quadrato:quod oportuit demonſtraſſe.



¶ Theorema.x.propoſitio.x.

Si recta linea ſecet̃ bifariã:apponatur ãt ei quaepiam recta linea in rectũ:qđ ex tota cũ appoſita:ꝛ qđ ex appoſita vtraq̃ q̃drata:dupla ſunt eius qđ ex dimidia:ꝛ eiꝰ qđ ex adiacẽte:ꝛ dimidia:ꝛ adiũcta tanq̃ ex vna deſcripto quadrato.



¶ Recta enim quædã linea.ab.ſecet̃ bifariã in.c.apponaturq̃ ei quępiã recta linea in rectũ.bd.Dico ꝙ q̃drata quæ ex.ad.&.db.dupla ſũt quadratoꝝ quæ fiunt ex.ac.&.cd.Excitet̃.per.xi.primi ab ipſo.c.ſigno ipi.ab.ad angulos rectos.ce.& ponat̃ p ſecũdã primi ęq̃lis utraq̃ ipſoꝝ.ac.&.cb.& per primum poſtulatũ cõnectant̃.ea.&.eb.Et p.xxxi.primi p.e.ipſi.ad.parallelus excitet̃.ef.& p eandẽ.p.d.ipi.ce.parallelus excitet̃.df.Et quoniã i parallelos rectas lineas.ce.&.df.recta quædã linea incidit.ef.anguli igit̃.cef.&.efd.per xxix.primi duobus rectis ſunt æq̃les:Anguli igit̃.feb.&.efd.duobus rectis ſunt minores p eandẽ.Quæ aũt a minoribus duobus rectis ꝓducunt̃ p quintum poſtulatũ coincidũt.igit̃.eb.&.fd.ꝓductæ ad partes.bd.coincidũt:ꝓducant̃ & coincidãt i.g.& p primũ poſtulatũ cõnectat̃.ad.Et quoniã æq̃lis eſt.ac.ipſi.ce.angulus quoq̃.aec.angulo.eac.eſt æq̃lis per.v.primi:& rectꝰ eſt q ad.c.dimidius ergo recti eſt uterq̃ ſub eac.&.aec.Et ꝓpterea uterq̃ ẽt qui ſub.ceb.&.ebc.recti dimidius eſt:rectus igit̃ eſt qui ſub.aeb.Et q̃m angulus.ebc.recti dimidius eſt:& per.xv.primi angulus igit̃.bag.recti dimidius eſt:Angulus aũt.bdg.rectus eſt:æqualis enim eſt ei qui ſub.dce.alterni enĩ:reliquus igit̃ angulus.agb.recti dimidius eſt.Igit̃ per.xxix.primi angulus.dgb.ei qui ſub.dbg.eſt æqualis:Quare p.vi.primi & latus.bd.lateri.gd.æquũ eſt:Rurſus quoniã angulus.egf.recti dimidius eſt:rectus aũt q ad.f.æqualis enim eſt p.xxix.primi ex oppoſito ei qui ad.c.Reliquus igit̃ angulus.feg.recti dimidius eſt:Angulus igit̃.egf.angulo.feg.eſt æq̃lis:Quare p.vi.primi & latus.fe.lateri.fg.eſt æq̃le:Et quoniã æq̃lis ẽ.ec.ipſi.ca.quadratũ quoq̃ qđ ex.ec.ei qđ eſt ex.ca.quadrato æquum eſt:Quadrara igitur quæ ſunt ex.ec.&.ca.dupla ſunt eius quod fit ex.ac.quadrati.Eis autem quæ fiũt ex.ec.&.ca.per.xlvii.primi æquum eſt id quod ex.ea. Quadratum igit̃ qđ


ex.ea.duplum est eius quod fit ex.ac.Rursus qm̄ æqualis ē.gf.ipsi.ef.quadratum qd' fit ex.gf.æquum est ei qd' fit ex.ef.quadrato:Quadrata igitur quę ex.gf.&.ef.fiunt:ei⁹ qđ fit ex.ef.dupla sunt.Eis aūt quæ fiūt ex.gf.&.ef.p.xlvii.primi æquū est id q̄dratū qd' fit ex.eg.Id igit' qd' fit ex.eg.duplū est ei⁹ qd' fit ex.ef.æq̄lis āt est.ef.ipsi.cd.id igit' qđ fit ex.eg.duplū est ei⁹ qd' fit ex.cd.patuit aūt q̄ & id qđ fit ex.ea.duplum ē eius quod fit ex.ac.Quadrata igitur quæ fiūt ex.ae.&.eg.eoꝝ quæ fiūt ex.ac.&.cd.q̄dratoꝝ dupla sunt.Quadratis aūt quæ fiūt ex.ae.&.eg.æquum est id quod fit ex.ag.quadratū per.xlvii.primi.Quadratū igitur quod fit ex.ag.eoꝝ quæ fiunt ex.ac.&.cd.duplum est.ei aūt qd' fit ex.ag.æqualia sunt quadrata quæ fiūt ex.ad.&.dg.Quadrata igit' quæ fiunt ex.ad.&.dg.dupla sunt eoꝝ quæ ex.ac.&.cd.fiūt quadratoꝝ:æqualis autem est.dg.ipsi.db.Quadrata igitur quę fiunt ex.ad.&.db.dupla sūt eoꝝ quæ fiūt ex.ac.&.cd.q̄dratoꝝ.Si recta igit' linea secet' bifariam:& quæ sequuntur reliqua ut in theoremate qd' ōndere oportebat.

Problema.i.propositio.xi.



Atam rectam lineā secare:vt quod ex tota & altero segmento comprehensum rectangulum aequum sit ei quod fit ex reliquo segmento quadrato.


Sit data recta linea.ab.oportet aūt ipsam.ab.secare:ut qđ ex tota & altero segmēto cōprehensum rectangulū æquum sit ei quod fit ex reliquo segmēto quadrato.Describatur per.xlvi.primi ex.ab.quadratū.abcd.& secet' per.x.primi.ac.bifariā in.e.signo & cōnectat'.be.& extēdat'.per.ii.postulatum.ca.in.f.& ponat' per.ii.primi ipsi.be.æqualis.ef.Et per.xlvi.primi ex.af.describatur quadratum.fgah.& extendatur per.ii.postulatum.gh.in.k.Dico q̄.ab.secat' in.h.ut quod ex.ab.&.bh.cōprehensum rectangulū æquum sit ei quod fit ex.ah.quadrato.Quoniā recta linea.ac.secta est bifariam in.e.adiacet autē ei.af.Igitur per.vi.secundi rectangulum cōprehensum sub.cf.&.fa.una cum eo quod fit ex.ea.quadrato æquum est ei qd' fit ex.ef.quadrato:æqualis aūt est.ef.ipsi.eb.rectangulum igitur comprehensum sub.cf.&.fa.una cum eo quod fit ex.ea.quadrato ęquum est ei quod fit ex.eb.quadrato.Sed ei quod fit ex.eb.æqualia sūt per.xlvii.primi ea quæ fiunt ex.ba.&.ae.quadrata:rectus enim est angulus qui ad.a.Quod autē fit sub.cf.&.fa.cum eo quod fit ex.ac.æquum est eis quæ fiunt ex.ba.&.ae.Cōmune auferatur id quod ex.ac.reliquum igit' rectangulum cōprehensum sub.cf.&.fa.æquum est ei quod fit ex.ab.quadrato.Et id quod fit sub.cf.&.fa.est id quod.fk.Aequalis enim est.fa.ipsi.fg.Id autem qd' fit ex.ab.id est.ad.Igitur.fk.æquum est ipsi.ad.Commune auferatur.ak.reliquum igitur.fh.ipsi.hd.est æquale.Est autem.hd.id quod sub.ab.&.bh.æqualis enim est.ba.ipsi.bd.At.fh.id est quod ex.ah.Rectangulum igitur comprehēsum sub.ab.&.bh.æquū est ei quod fit ex.ah.quadrato.Data igitur recta linea in.h.disecta est ut rectangulum sub.ab.&.bh.comprehensum:æquum sit ei quod ex.ah.fit quadrato quod fecisse oportuit.



Theorema.xi.propositio.xij.
¶ Quātitatis cōtinuæ q̄litatē eiuſq; dimēſiōes:eo qa ſatis apte oñdiſſe:atq; demōſtraſſe ex quattuor p̄cedētiū uoluminum lectiōe accutiſſimus mathematicus Euclides ſibimet ipſi uiſus eſt. In ſubſequentibus igitur binis uoluminibus magnitudinū rōnes:& ꝓportiōes & ſi quidē p̄cedētibus demōſtrationib9 lōge difficiliores enodaturus: qđ in anteriorib9 uoluminibus fecit:id quoq; in ſubſequētibus uoluminibus obſeruādū exiſtimauit:ut ſcilicet diffinitiōes p̄poneret quibus oēs difficultates aperiret quo ſtudētes facilius hanc q̄ſi harmonicā rōnē quæ muſicę naturā ſapit cōdiſcerēt:quaꝝ nō nullas Cāpanus:nō dicā iſanus ſed ſtultus:adeo puerſe iterp̄tatus ē:ut nō ſolū ipe Euclides:ſed ēt ipſemet Cāpanus nō facille qđ ſibi uelit itelligaᵗ.p̄terea ordinatam.Inordinatā.Extēſam.& pturbatā ꝓportiōes.qa nō itellexit ſub ſilentio

pretermisit:non animaduertens q hinc scatet subsequentium Theorematum & quidē difficilium cōprobatio. Quod sane unusquisq uidere poterit: si græcas lectiones legēdas sumpserit. Nos autē ueræ tanti auctoris lectiōi studentes: quod a Cāpano peruersim interpretatū: & subsilentio ptermissū est: lectionibus græcis correximus ac subiunximus.

¶ Theorema primum. propositio prima.



Si fuerint quaelibet magnitudines quorūlibet magnitudinum aequalium numero: singulae singularum aeque multiplices: quotuplex ē vni' vna magnitudo: totuplices erunt & omnes omnium.

¶ Sint quælibet magnitudines. ab. cd. quorūcūq magnitudinū. e. f. ęqlium numero: æq multiplices singulæ singulaꝶ. Dico q quotuplex est. ab. ipsius. e. totuplices erunt & ab. cd. ipsaꝶ. ef. Qm̄. n. æq multiplex est. ab. ipsis. e. & cd. ipsius. f. quotcunq igit̄ magnitudines sunt in. ab. æquales ipi. e. totidē & in. cd. sunt æquales ipsi. f. Dirimat̄ quidem. ab. in magnitudines æquales ipi e. hoc est. ag. & gb. Et. cd. in ipsi. f. æquales magnitudines: hoc est. ch. & hd. Erit nimiꝶ multitudo ipsaꝶ. ch. & hd. multitudini ipsaꝶ. ag. & gb. æqlis. Et qm̄ æqlis est. ag. ipsi. e. & ch. ipsi. f. & ag. & ch. ipsis. ef. & p hoc æqlis est. gb. ipsi. e. & gb. & hd. ipsis. ef. Quotcunq igitur sunt in. ab. æquales ipsi. c. tot & i ipis. ab. & cd. sūt æqlia ipis. ef. quotuplex igit̄ ē. ab. ipius. c. totuplices sūt ab. & cd. ipaꝶ. ef. Si fuerit igit̄ qualibet magnitudies: quorūcūq magnitudinū æqliū numero: singulæ singulaꝶ æque multiplices: quotuplex ē una magnitudo uni': totuplices erūt: & oēs oium: quod demonstrasse oportuit.


¶ Theorema secundum. propositio. ij.




Si prima secūdae aeq fuerit multiplex: & tertia q̄rtae: fuerit aūt & quinta secūdae aeque multiplex: & sexta q̄rtae: & cōposita prima & quinta secundae aeque multiplex erit: & tertia & sexta quartae.

¶ Prima inq. ab. secundæ. c. æque multiplex esto: & tertia. de. ipsius. f. q̄rtæ sit aūt & q̄nta. bg. secūdæ. c. æque multiplex: & sexta. eh. ipsius. f. q̄rtæ. Dico q cōposita prima & q̄nta. ag. ipsius. c. secūdę ęque multiplex erit: & tertia & sexta. dh. ipsius. f. q̄rtæ. Qm̄ enī æque multiplex ē. ab. ipsius. c. & de. ipsi'. f. Quot magnitudines igit̄ sūt in. ab. æq̄les ipsi. c. totidē magnitudines sūt & in. de. æq̄les ipsi. f. ac p hoc & quot sunt in. bg. æq̄les ipsi. c. tot etiā sunt in. eh. æq̄les ipsi. f. Quot igit̄ sunt in tota. ag. æq̄les ipsi. c. tot sunt in tota. dh. æq̄les ipsi. f. Quotuplex igit̄ ē. ag. ipsius. c. p pcedēs. Totuplex est. dh. ipsi'. f. Et cōposita igitur prima & quinta. ag. ipsius. c. secundæ æque erit multiplex: & tertia & sexta. dh. ipsius. f. quartæ. Si prima igit̄ secundæ æque fuerit multiplex & tertia quartæ. fuerit aūt & quinta secundæ æque multiplex. & sexta quartæ. & composita prima & q̄nta secundæ æque multiplex erit. & tertia & sexta quartæ. quod demonstrasse oportuit.

¶ Theorema. iij. propositio. iij.


I primũ secundi aeque fuerit multiplex: & tertiũ quarti: summant at aeque multiplicia primi & tertii: & aeque sũptorum vtrunq; vtriusq; aeque erit multiplex: alterum quidem secundi: alterum autem quarti.


¶ Primum inq. a. secundi. b. æque sit multiplex. & tertiũ. c. ipsius. d. quart summanturq; ipsorũ. ac. æque multiplicia. ef. & gh. Dico q̃ eque multiplex ẽ ef. ipsius. b. & gh. ipsius. d. Quoniam. n. æque multiplex est. ef. ipsius. a. & gh. ipsius. c. Quot igitur sunt magnitudines æquales in. ef. ipsi. a. tot etiã sũt magnitudines in. gh. æquales ipsi. c. Dirrimatur quidem. ef. in magnitudines æquales ipsi. a. hoc est. ek. & kf. Et. gh. in æquales ipsi. c. hoc est. gl. & lh. erit utiq; æqualis multitudo ipsorum. ek. & kf. multitudini ipsorũ. gl. & lh. Et quoniam eque multiplex est. a. ipsius. b. & c. ipsius. d. Aequalis autem est ek. ipsi. a. & gl. ipsi. c. Aeque igitur est multiplex. ek. ipsius. b. & gl. ipsius. d. Ac per hoc iam æque multiplex est. kf. ipsius. b. & lh. ipsius. d. Quoniam igitur primum. ek. ipsius. b. secundi æque est multiplex: & tertium. gl. ipsius. d. quarti. Est autem & quintum. kf. ipsius. b. secundi æque multiplex. & sextũ. lh. ipsius. d. quarti. & compositũ igitur per. ii. quinti primũ & quintũ. ef. ipsius. b. secundi æque est multiplex. & tertium & sextũ. gh. ipsius. d. quarti. Si primum igitur secundi æque fuerit multiplex. & tertiũ quarti. summãturq; primi & tertii æque multiplicia. & æque sumptorũ utrũq; utriusq; æque erit multiplex. alterũ secundi. alterũ aũt quarti. quod oportebat demonstrare.



¶ Theorema. iiij. propositio. iiij.


I primũ ad secũdũ eandẽ habuerit rõnẽ: & tertiũ ad q̃rtũ: & aeque multiplicia primi & tertii: ad aeque multiplicia secũdi & q̃rti iuxta quãuis multiplicationẽ eandẽ habebunt rationem sumpta ad inuicem.

¶ Primũ. n. a. ad secũdũ. b. eadẽ hẽat rõnẽ. quã tertiũ. c. ad q̃rtũ. d. Et sũmãtur q̃dẽ ipsorũ. ac. æque multiplicia. e. & f. & ipsorũ. bd. alia utcũq; multiplicia. gh. Dico q̃ sicut se hẽt. e. ad ipm. g. sic se hẽbit. f. ad ipm. h. Sũmantur eni ipsorum. ef. æq multiplicia. k. & l. & ipsorũ. gh. alia quæ utcũq; sint æq multiplicia hoc est. m. & n. Et quoniam æque multiplex est. e. ipsius. a. & f. ipsius. c. Suscipiunturq; ipsorum. ef. eque multiplicia. k. & l. Igitur. k. per. iii. quinti eque multiplex est ipsius. a. & l. ipsius. c. Et ppterea æque multiplex est quoq;. m. ipsius. b. & n. ipsius. d. Et q̃m est ut. a. ad. b. sic. c. ad. d. & summuntur ipsorũ ac. æque multiplicia. kl. Ipsorũ aũt. bd. alia quæ utcunq; sunt æque multiplicia. hoc est. m. n. Si. n. excedit. k. ipsum. m. excedit & l. ipsum. n. & si æquale. æquale. & si minus. minus per diffinitionem in eadem ratiõe magnitudines esse dicuntur. Sunt autem. kl. ipsorũ. ef. æque multiplicia. & mn. ipsorũ. gh. alia quæ utcũq; æque multiplicia sũt. Est igitur ut. e. ad. g. sic. f. ad. h. Si primũ igitur ad secũdũ eãdẽ hũerit rõnẽ. & tertiũ ad q̃rtũ & æq multiplicia primi & tertii ad æque multiplicia secũdi & q̃rti iuxta quãuis multiplicationẽ eãdẽ rõnẽ habebunt sumpta ad inuicẽ per. vi. diffinitionẽ q̃nti q̃d oportebat demõstrare.



¶ Lemma siue assumptio.

¶ Q m igit᷑ demõstratũ ẽ q̄ si excedit.k.ipm.m.excedit quoq̄ & .l.ipm.n. & si æq̄le:æq̄le.& si min⁹:min⁹.manifestũ ãt ẽ q̄.k.ipm.m.excedit.& .l.excedit ipm.n.& si ęq̄le:ęq̄le & si min⁹:min⁹. Ac p hoc erit ut.g.ad.e.sic.h.ad.f.

¶ Corrolarium.

¶ Hinc manifestum est q̄ si quattuor magnitudines proportionales fuerit. & e contra quoq̄ proportionales erunt.

¶ Theorema.v.propositio.v.

Si magnitudo magnitudinis aeque fuerit multiplex:qđ ablata ablatae:& reliq̄ reliquae aeque erit multiplex quotuplex tota totius est multiplex.

¶ Magnitudo inq̄.ab.magnitudinis.cd.æque multiplex esto. qđ ablata.ae.ablatę.cf. Dico q̄ & reliqua.eb.reliq̄.df.æq̄ erit multiplex quotuplex ẽ tota.ab.toti⁹.cd.ẽ multiplex. Q uotuplex ẽ.ae.ipsius.cf.totuplex si at.eb.ipsius.cg. Et q̄m æque multiplex est.ae.ipsius.cf.& .ab.ipsius.gf.ponitur aũt æque multiplex.ae.ipsius.cf.& .ab.ipsius.cd.ęque igit᷑ est multiplex. ab.utriusq̄ ipsoꝶ.gf.& .cd.æq̄lis igit᷑ est.gf.ipsi.cd. Cõis auferat᷑.cf.reliqua igit᷑.gc.reliquę.df.est æq̄le.& q̄m æque multiplex ẽ.ae.ipsius.cf.& .eb.ipsius gc.æq̄lis aũt est.gc.ipsi.df.æque igit᷑ ẽ multiplex.ae.ipsius.cf.& .eb.ipsi⁹.fd. Aeque aũt ponit᷑ multiplex.ae.ipsius.cf.& .ab.ipsius.cd.æque igit᷑ est multiplex.eb.ipsius.fd.& .ab.ipsius.cd.& reliqua igit᷑.eb.reliq̄.fd.æque multiplex erit quotuplex est tota.ab.totius.cd. Si magnitudo igit᷑ magnitudinis æque fuerit multiplex quod ablata ablatæ.& reliqua reliquæ æque multiplex erit. quotuplex est tota totius.quod demonstrasse oportuit.

a

e

b

g

c

f

d

¶ Interpres.

¶ Pręcedens theorema si Campanus itellexisset.id adeo pueriliter minime interpretatus esset nam quid malum hoc est rei.id quod in græcis lectionibus nusquam inuenitur iste bonus uir deblacterat.

¶ Theorema.vi.propositio.vi.

Si duae magnitudines:duaꝶ magnitudinum aeque fuerint multiplices & ablatae aliquae earum aeque fuerint multiplices:& reliquae eisdem vel aequales sunt:uel aeq̄ ipsarum multiplices.

¶ Duæ inq̄ magnitudines.ab:cd.duaꝶ magnitudinũ.e.& .f.æque sint multiplices.& ablatæ aliquæ.ag.& .ch.earũdẽ.e.& .f.æque sint ẽt multiplices. Dico q̄ & reliquæ.gb.& .hd.eisdẽ.e.& .f.aut sunt æquales.aut eaꝶ æque multiplices. Sit enim primũ.gb.ipsi.e.æquale. Dico q̄ & .hd.ipsi.f.est æq̄le.ponatur inq̄ ipsi.f.æq̄lis.ck. Q m̄ æque multiplex est.ag.ipsius.e.& .ch.ipsius.f. Aequalis autem est.gb.ipsi.e.& .kc.ipsi.f.æque igitur est multiplex.ab.ipsius.e.& .kh.ipsius.f. Aeque autem ponitur multiplex.ab.ipsius.e.& .cd.ipsius.f. Aeque igitur est multiplex.kh.ipsius.f.& .cd.ipsius.f. Q uoniam igitur utraque ipsarum.kh.& .cd.ipsius.f.æque est multiplex.æqualis per pri-

a

k

c

g

h

b

d

e

f

m a m communem sniam est igitur.kh.ipsi.cd.Communis auferatur.ch. reliqua igit.kc.reliquæ.hd.est æqualis.Sed.f.ipsi.kc.est æqualis:& ipsi.hd. igitur.f.est æqualis.Sicut.gb.æqualis est ipsi.e.&.dh.ipsi.f.erit equale.Simi liter quoq; ostendemus q & si multiplex fuerit.gb.ipsius.e.tam multiplex erit &.hd.ipsi9.f.Si duæ igitur magnitudines duarum magnitudinū æque fuerint multiplices:& ablatæ aliq earundē æq fuerit multiplices:& reliq eis dem:aut æqles:aut eax æque multiplices erunt:qd demōstrare oportebat.

Theorema.vij.propositio.vij.



Equales ad eādē:eādē hñt rōnem:τ eadem ad aeqles.

Sunt æquales magnitudines.ab.alia aūt utcunq; magnitudo c.Dico q utraq; ipsax.ab.ad ipsam.c.eandem habet rōnem:& c.ad utranq; ipsax.ab.Summantur per.iii.quinti ipsax.ab.æq multiplices sintq;.de.ipsius aūt.c.alia utcunq; multiplex sit que.f. Q m igit æque multiplex est.d.ipsius.a.&.e.ipsius.b.æqualis autem est.a.ipsi.b.æqualis igit est per primā cōem sniam &.d.ipsi.e.Alia autem utcunq;.f.si excedit aūt.d.ipm.f.excedit &.e.ipsum.f.& si æqualis:æqlis:& si minor:minor. Sūt quidem.de.ipsax.ab.æque multiplices:&.f.ipsius.c.alia utcunq; multiplex. Est igitur ut.a.ad.c.sic.b.ad.c.Dico iam q &.c.ad utranq; ipsarum.ab.eādē hēt rationem:eisdem nanq; dispositis similiter ostendemus q æqualis est.d. ipsi.e.aliud autem quod est.f.Si igitur excedit.f.ipsum.d.& excedit ipsum e.& si æqualis:æqualis:& si minor:minor.At.f.ipsius.c.multiplex est:&.de. ipsarum.ab.aliæ quæ utcunq; sunt æque multiplices.Est igitur sicut.c.ad.a. sic est.c.ad.b.Aequales igitur ad eandem:eandem habent rationem:& eadē ad æquales:quod fuerat demonstrandum.

Theorema.viij.propositio.viij.



Inaequalium magnitudinum maior ad eandem:maiorem rōnem habet:q̄ minor. τ eadem ad minorem maiorem rationem habet q̄ ad maiorem.

Sint inæquales magnitudines.ab.&.c.& sit maior.ab.ipsa.c. Alia autem utcunq; sit ut.d.Dico q.ab.ad.d.maiorem rationem habet.q̄.c. ad.d.&.d.ad.c.maiorem rationē habet q̄ ad.ab.Q m eni maior ē.ab.ipsa.c. ponatur.c.æqualis ipsi.be.minor iam ipsax.ae.&.eb.multiplicata est ipa.d. Sit primū.ae.minor ipa.eb.Et multiplicet.ae.quoad quod fiet maius sit ipo d.& sit illius multiplex.fg.qd maius est q̄.d.Et q̄ multiplex est.fg.ipsius.ae. tam multiplex esto.gh.ipsius.eb.&.k.ipsius.c.& sumat ipius.d.duplū sitq; illud.l.triplū postmodū:sitq; illud.m.& deinceps uno plus:quoad sūptū multiplicans fiat ipsius.d.primo maius q̄.k.sumaturq; & sit.n.quadruplū ipsius d.primo maiusquam.k.Q uoniam igitur.k.ipso.n.primo est minor.k.igitur ipso.m.non est minor.Et quoniā æque multiplex est.fg.ipsius.ae.&.hg. ipsius.eb.æque igitur est multiplex.fg.ipsius.ae.&.fh.ipsius.ab.per primā v.Atqui æque multiplex est.fg.ipsius.ae.&.k.ipsius.c.æque igit ē multiplex fh.ipsius.ab.&.k.ipsius.c.Igitur.fh.&.k.ipsarum.ab.&.c.eque sūt multipli

ces per eandem. Rursus qm̄ æque est multiplex.gh.ipsius.eb.&.k.ipsius.c. æqualis autem est.eb.ipsi.c. Aequalis igitur est &.gh.ipsi.k. At.k.ipsa.m.nō est minor:neq; igitur.gh.ipsa.m.non est minor. Maior autem est.fg.ipsa.d. tota igitur.fh. simul ambabus.d.&.m.maior est. Sed ambæ.d.&.m.ipsi.n. sunt æquales:qm̄quidem.m.ipsius.d.triplum est. Ambę autem.m.&.d.ipsi9 d.quadruplices sunt. Est autem.n.ipsius.d.quadruplum.ambę igitur.m.&. d.ipsi.n.sunt equales. Sed.fh.ipsis.m.&.d.maior est. Igitur.fh.ipsum.n.excedit. Sed.k.ipsum.n.non excedit.&.fh.&.k.æque multiplices sunt ipsarū ab.&.c. Et.n.ipsius.d.aliud est utcunq; multiplex. Igitur.ab.ad.d.maiorem rōnem habet q̄.c.ad.d. Dico utiq; q̄.&.d.ad.c.maiorem rationem habet:q̄. d.ad.ab. Eisdem nanq; dispositis:similiter ostendemus q̄.n.ipsum.k.excedit &.n.ipsum.fh.non excedit.& est quidem.n.ipsius.d.multiplex. Sunt autem.fh.&.k.ipsarum.ab.&.c.aliæ utcunq; æque multiplices. Igitur.d.ad.c. maiorem rōnem habet q̄.d.ad.ab. Sed iam.ae.maior esto ipsa.eb.iā minor. eb.multiplicata maior erit ipso.d. Multiplicetur & esto.gh.multiplex quidem ipsius.eb.maior autem ipso.d. Et q̄ multiplex est.gh.ipsius.eb.tā multiplex fiat &.fg.ipsius.ae.&.k.ipsius.c.similiter ostendemus q̄.fh.&.k.ipsarum.ab.&.c.æque sunt multiplices. Sumaturq; similiter.n.multiplex quidē ipsius.d.primo maior ipsa.fg.quare rursus.fg.ipsa.m.non est minor:maior autem est.gh.ipsa.d. Tota igitur.fh.ipsas.dm.hoc est ipsam.n.excedit &.k. ipsum.n.nō excedit. Qm̄ &.fg.maior existēs ipsa.gh.hoc ē ipsum.k.ipm .n.non excedit:pariterq; supiora consequuti demonstrationē conficiemus. Inęqliū igit̄ magnitudinū maior ad eādē:maiorē rōnē hēt:q̄ minor.& eadē ad minorē:maiorē rōnem hēt q̄ ad maiorē quod demonstrasse oportuit.

Theorema.ix.propositio.viiij.

Quae ad eādē:eādē hn̄t rōnē:aeqles ad īuicē sunt:& ad qs eadem eandem habet rōnem:ipsae sunt aequales.

Habeat inq̄ utraq; ipsarum.ab.ad.c.eandem rationem. Dico q̄.æqualis est.a.ipsi.b.si autem non.utraq; ipsaꝝ.ab.ad ipam c.eandem non habet rōnem per.viii.quinti habet autem.æqualis igitur ē.a. ipsi.b. Habeat rursus.c.ad utrāq; ipsaꝝ.ab.eandem rōnem. Dico q̄ æqlis ē. a.ipi.b.si aūt nō.ipsa.c.ad utranq; ipsaꝝ.ab.non hēt eādē rōnē.hēt aūt æqlis igit̄ ē.a.ipi.b. Quę ad eādē igit̄ eandē hēnt rōnē.ad inuicē sunt æqles.& ad quas eadē eādē hēt rōnē.ipsæ sunt æqles.quod demonstrandū fuerat.

Theorema.x.propositio.x.

Ad eādē:rōnē habētiū:maiorē rōnē hn̄s illa maior est ad quā āt eadē maiorē rōnem habet:& illa minor est.

Habeat enim.a.ad.c.maiorem ratiōem:q̄.b.ad.c. Dico q̄.a. maior est ipsa.b. Si autem nō:aut est.a.ipsi.b.equalis.aut ea minor:æqualis autem minime est.a.ipsi.b.utraq; & enim ipsarum.ab.ad.c.eandem rationem haberet per.ix.quinti non hēt autē.igitur.a.ipsi.b.minime æqualis est. Neque etiā minor est.a.ipsa.b.nam.a.ad ipm.c.minorē rōnē ha

beret:q̃.b.ad.c.per.viii.quinti non habet autem.Igitur.a.ipsa.b.minime mi-nor ẽ.Ostensum autem est q; neq; æqualis est:maior igitur est.a.ipsa.b.Habeat rursus.c.ad.b.maiorem rationem:q̃.c.ad.a.Dico q; minor est.b.ipsa.a. Si autem non:aut est ei æqualis:aut ea minor: ęqualis quidem non est.b.ipsi a.Nam.c.ad utranq; ipsarum.ab.eandem haberet rationem per.vii.quinti non habet autem.Igitur.a.ipsi.b.minime est æqualis.Neq; etiam maior ẽ.b. ipsa.a.Nam.c.ad.b. minorẽ rationem haberet q̃ ad.a.per.viii.quinti non habet aũt.Igitur maior nõ est.b.ipsa.a.patuit autem q; neq; æqualis est: minor igitur est.b.ipsa.a.Ad eandem igitur rationem habentium: maiorem ratio-nem habens:maior est:&ad quam eadem maiorem rationem habet:ipsa minor est:quod erat demonstrandum.

¶ Theorema.xi.propositio.xi.



Quae eidẽ sunt eaedẽ rõnes:& adinuicem sunt eaede3.

¶ Sint.n.sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.sicutq;.c.ad.d.sic.e.ad.f. Summantur inq̃ ipsarum.a.c.e.æque multiplices: sintq;.ghk.ipsarũ uero.bdf.aliæ utcunq; æque multiplices sintq;.lmn.Et q̃m est sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.Et summũtur ipsarum.ac.ęque multiplices.gh.Ipsarũ autem.bd.aliæ utcunq; æque multiplices.lm.Si igitur excedit.g.ipsum.l.excedit &.h.ipsum.m.&si ęqle:qle:& si defficit:defficit per cõuersionem.vi.diffinitionis q̃nti.Rursus q̃m sicut est.c.ad.d.sic est.e.ad:&.f.&sumũt ipsarũ ce.æque multiplices.hk.& ipsarum.df.aliæ utcunq; æque multiplices.m.&. n.Si igitur excedit.h.ipsum.m.excedit quoq;.k.ipm.n.& si æquale: æquale: & si minus:minus per eandem.Sed si excedit.h.ipsum.m.excedit quoq; & g.ipsum.l.& si æquale:æquale:& si minus:minus per eandem cõuersionem. Quare si excedit.g.ipsum.l.excedit &.k.ipsum.n.& si æquale:æquale: & si minus:minus per eandem.Sunt autem.gk.ipsarum.ae.aeque multiplices: &.ln.ipsarum.bf.aliæ quæ utcunq; sunt æque multiplices.Est igitur sicut.a. ad.b.sic est.e.ad.f.Quæ igitur eidem æedem sunt rõnes:& adiuicẽ sunt eędem.per.vi.diffinitionẽ.v.quod demonstrasse oportuit.

¶ Theorema.xii.propositio.xii.



Si fuerint quaelibet magnitudies proportionẽ habẽtes erit sicut vna antecedẽtiũ ad vnam cõsequentium:sic oẽs antecedentes ad omnes consequentes.

¶ Sint quaelibet magnitudines proportionẽ habẽtes.a.b.c.d. e.f.sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.&.e.ad.f.Dico q; ẽ sicut.a.ad.b.sic ẽ.ace.ad.bdf. Sumantur inq̃ æque multiplices ipsarum.ace.sintq;.ghk.& ipsarũ.bdf.aliæ quæ utcunq; sint æque multiplices sintq;.lmn.Et quoniã est sicut.a.ad.b.sic c.ad.d.&.e.ad.f.& sumuntur ipsarum.ace.æque multiplices.ghk.& ipsarũ. bdf.aliæ quæ utcunq; ęque multiplices sunt hoc est.lmn.Si igitur excedit.g. ipsũ.l.excedit &.h.ipm.m.&.k.ipsum.n.& si æqle:æqle:& si min9:minus p cõuersionẽ.vi.diffinitiõis.v.Quare:&si excedit.g.ipsũ.l.excedũt &.ghk.ipsas.lmn.& si æqles:æqles:&si miores:miores p eãdẽ.Et ẽ.g.qdẽ:&.ghk.ipsi

us.a.& ipsarum.ace.æque.multiplices.Q uare per primam quinti si fuerint quælibet magnitudines: quorūlibet magnitudinum æqliū numero:singu læ singulos::eque multiplices:q̄ multiplex est una unius magnitudinū: tam multiplices erunt & omnes omnium. Ac per hoc iam &.l.&.lmn.ipsius.b. &.bdf.eque sunt multiplices:est igitur sicut.a.ad.b.sic.ace.ad.bdf.per.vi.diffinitionem quinti. Si fuerint igitur quęlibet magnitudines proportionē habentes.erit sicut una antecedentium ad unam consequentium:sic omnes antecedentes ad omnes consequentes:quod demonstrandum fuerat.

¶ Interpres.

¶ Deffícit præcedens theorema in interpretatione Campani: quo admisso subsequentia theoremata comprobrari minime poterunt.

¶ Theorema.xiij.propositio.xiij.

Si prima ad secūdā eandē habuerit rōnē: & tertia ad quartam maiorem rationem habeat: q̄ quinta ad sextam. prima quoq; ad secundam maiorē rationem habebit q̄ quinta ad sextam.

¶ Prima enim.a.ad secundā.b.eandē hēat rōnem:& tertia.c.ad quartam. d.tertia uero.c.ad quartā.d.maiorē habeat rōnem q̄ quintam.e.ad sextam. f.Dico q̄ & prima.a.ad secundam.b.maiorē rōnem habebit: q̄ quinta.c.ad sextam.f. Q m̄ .c.ad.d.maiorem rōnem habet: q̄.e.ad.f.Sunt autē ipsarū. ce.quædam eque multiplices:& ipsarū.df.aliæ quæ utcunq; sunt eque multiplices.At multiplex ipsius.c.excedit multiplicem ipsius.d.Multiplex autem ipsius.e.nō excedit multiplicē ipsius.f.Sumātur igitur:& sint ipsarū.ce.eque multiplices.gh.ipsarū aūt.df.aliæ quę sint utcūq; æque multiplices.kl.Q m̄ g.excedit ipam.k.&.h.ipm.l.nō excedit:& q̄ multiplex quidē ē.g.ipsius.c. tam multiplex esto &.m.ipsius.a.q̄ multiplex autē est.k.ipsius.d.tam multiplex esto &.n.ipsius.b.& qm̄ est sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.& summūtur ipsarum.ac.æque multiplices.mg.ipsarū aūt.bd.aliæ quę utcūq; sunt æque multiplices.nk.Si excedit igit̄ .m.ipsam.n.excedit &.g.ipsam.k.& si æqualis ęqlis & si minor:minor p cōuersionē sextę diffinitionis quinti.Excedit autē per constructionem.g.ipsam.k.excedit igitur &.m.ipsam.n.at.h.ipsam.l.non excedit.Sunt autem.mh.æque multiplices ipsarum.ae.&.nl.ipsarū.bf.alię sunt æque utcunq; multiplices.Igitur.a.ad.b.maiorem habet rationem q̄.e. ad.f.Si prima igitur ad secūdam eandem habuerit rationē:& tertia ad quartam:tertia autem ad quartam maiorem rationem habeat q̄ quinta ad sextā:prima ad secundā quoq; maiorem rationem habebit:q̄ quinta ad sextam quod demonstrare oportebat.

m a b n

g c d k


h e f l

¶ Interpres.

¶ Sequens quartūdecimū theorema Cāpanus ignarus linguę grecæ adeo inuolute interpretatus est:ut quid illud theorema sibi uelit:intelligi non possit:nos autem illud sic interpretandum esse existimauimus.

¶ Theorema.xiiij.propositio.xiv.



Si prima ad secundã eandem habuerit rõnē & tertia ad quartã: prima vero tertia maior fuerit & secũda q̃rta maior erit: & si aequalis: aequalis. & si minor: minor.



¶ Primum inquã.a.ad secundum.b.andem habeat rõnem: & tertium.c.ad quartum.d.maius aũt esto.a.ipso.c. Dico q̃ &.b.ipso.d.maius est. Q m̃ enim.a.ipsa.c.est maior ē: alia autē quæ utcunq; magnitudo.b. Igitur per.viii.v.a.ad.b.maiorem rõnē habet q̃.c.ad.b. Sicutq;.a.ad.b.sic.c.ad.d.&.c.igitur ad.d.maiorem rationem habet q̃.c.ad.b. Ad quod idem maiorē rationem habet: illud minus est per.x.quĩti: minus igitur est.d.ipso.b. Quare maior est.b.ipsa.d. Similiter quoq; ostēdem9 q̃ & si ęquale fuerit.a.ipi.c. æquale erit quoq; &.b.ipsi.d.& si minus fuerit.a.ipso.c.minus erit quoq; &.b.ipso.d. Si prima igitur ad secundam eandem habuerit rationem: & tertia ad quartã prima autem tertia maior fuerit: & secunda quarta maior erit: & si æqualis: æqualis. & si minor: minor. quod demõstrare oportebat.

¶ Theorema.xv.propositio.xv.


Partes eodem modo multiplicium eandem rationē habent sumptae adinuicem.




¶ Sit igitur æque multiplex.ab.ipsius.c.&.de.ipsius.f. Dico q̃ est sicut.c.ad.f.sic ē.ab.ad.de: Q m̃ enim æque ē multiplex.ab. ipsius.c.&.de.ipsius.f. Quot igitur magnitudines sunt in.ab.ipsi.c.æquales tot sunt in.de.æquales ipsi.f. Diuidatur inquã.ab.in ęquales ipsi.c.hoc ē.ag.gh.hb.ipsum aũt.de.in magnitudines ęquales ipsi.f.hoc est.dk.hl.&.le.erit iam multitudo ipso℞.ag.gh.&.hb.ęqualis multitudini ipso℞.dk.kl.&.le. Et qm̃.ag.gh.&.hb.sibi inuicem sunt æquales.&.dk.kl.&.le.quoq; sibi inuicē sunt æquales. Est igitur sicut.ag.ad.dk.sic est.gh.ad.kl.&.hb.ad.le.erit igitˀ per.xii.quĩti & sicut unũ antecedentiũ ad unũ cõsequentium: sic oĩa antecedētia: ad oĩa cõsequētia: Est igitˀ sicut.ag.ad.dk.sic est.ab.ad de.æq̃lis aũt ē.ag.ipsi.c.ipsũ aũt.dk.ipsi.f.est igitˀ sicut.c.ad.f.sic ē.ab.ad.de.ptes igitˀ eodē mõ multipliciũ eãdē hñt rõnē sumptę ad inuicem q̃d demõstrasse oportuit.

¶ Interpres.

¶ Et.xv. quoq; p̃cedens theorema bonus uir Cãpa.nõ itelligēs p̃termissit.

¶ Theorema.xvi.propositio.xvi.


Si quattuor magnitudines proportionales fuerint: & uicissim proportionales erunt.



¶ Sint q̃ttuor magnitudines p̃portiõales.abcd.sicut.a.ad.b.sic c.ad.d. Dico q̃ & uicissim p̃portiõnales erũt: sicut.a.ad.c.sic.b. ad.d. Sũmantˀ q̃dē ipsa℞.ab.æque multiplices.ef.& ipsa℞.cd.aliæ quę utcũq; sint æque multiplices.gh.& qm̃ ęq̃ multiplex ē.e.ipsi9.a.&.f.ipsi9.b.ptes autem eodē mõ multipliciũ eãdē hñt rõnem sumptę ad inuicem per p̃cedentem. Est igitur sicut.a.ad.b.sic.e.ad.f. Sicut autem.a.ad.b.sic.&.c.ad.d.& sicut igitur.c.ad.d.sic.e.ad.f.per.xi.quinti. Rursus quoniam.gh.ipsarum.cd. æque sunt multiplices: partes autem eodem modo multiplicium eãdem ha-

bent rationem sumptæ ad inicem per.xv.quinti. Est igitur sicut.c.ad.d.sic ē g.ad.h.sicut aũt.c.ad.d.sic.e.ad.f.& sicut igitur.e.ad.f.sic.g.ad.h.per.xi.quinti. Si quattuor autem magnitudines proportionales fuerint:prima uero tertia maior sit:& secunda quarta maior erit:& si æqualis:æqlis & si minor:minor.per.xiiii.quinti. Si igitur excedit.e.ipsum.g.excedit &.f.ipsũ.h.&.si æqle:æquale:& si minus:minus per.vi.diffinitionẽ quinti. Sũt aũt.ef.ipsaꝝ.ab.æque multiplices:&.gh.ipsaꝝ.cd.aliæ sunt utcunq; æque multiplices! Est igitur sicut.a.ad.c.sic est.b.ad.d. Si quattuor igit̃ magnitudines ꝓportionales fuerint:& uicissim porportionales erunt:quod demõstrasse oportuit.

¶ Interpres.


¶ Quintumdecimũ huius libris theorema sicut nos græcę docent lectiões in interpretatione Campani defficit:cuius uice bonus uir Campanus nescio quas nugas profundit:quas me hercle Euclidem nec somniasse crediderim: uerum qm̃.xvi. Theorema ex doctrina quintidecimi:comprobatur:Campanus dum.xvi.theorema iterpretari conat̃:ait eritq; p premissam.e.ad.f.sicut g:ad.h.at illud theorema p̃missum nõ est:sed doctrina Euclidis est ois ab antecedentibus:quare si antecedentia difficiunt:subsequẽtia minime cõprobari possunt:si nos uero recte senserimus dilligens lector græcas litteras haud ignorans:facillime poterit diiudicare: sed iam.xvii.aggrediamur theorema.

¶ Theorema.xvij.propositio.xvij.




SI compositæ magnitudines proportionales fuerint: diuisæ quoq; proportionales erunt.

¶ Sint compositæ magnitudines proportionales.ab.be.cd.df. sicut.ab.ad.be.sic.cd.ad.df. Dico q; & diuisæ ꝓportionales erũt sicut.ae.ad.be.sic.cf.ad.df. Sũmantur inquã ipsaꝝ.ae.eb.cf.fd.æque multiplices.gh.hk.lm.&.mn.ipsaꝝ autẽ.eb.&.fd.aliæ utcunq; æque multiplices hoc est.kx.&.np.Et quoniam æque multiplex est.gh.ipsius.ae.&.hk.ipsius eb.æque igitur est multiplex.gh.ipsius.ae.&.gk.ipius.ab.per primã quinti. Aeque autẽ est multiplex.gh.ipsius.ae.&.lm.ipsius.cf.æque igitur est multiplex.gk.ipsius.ab.&.lm.ipsius.cf.per.xi.eiusdem. Rursus quoniam æque est multiplex.lm.ipsius.cf.&.mn.ipsius.df.æque igitur est multiplex.lm.ipsius.cf.&.ln.ipsius.cd.per primã eiusdem:ęque autem erat multiplex.lm.ipsius.cf.&.gk.ipsius.ab. Aeque igitur est multiplex.gk.ipsius.ab &.ln.ipsius.cd.igitur.gk.&.ln.ipsarum.ab.&.cd.æque sũt multiplices. Rursus quoniam æque multiplex est.hk.ipsius.eb.&.mn.ipsius.fd.est autem & kx.ipsius.eb.æque multiplex:&.np.ipsius.fd.& compositum igitur per.ii. eiusdem.hx.ipsius.eb.æque multiplex est.&.mp.ipsius.fd. Et quoniã est sicut.ab.ad.be.sic est.cd.ad.df.& summũtur ipsaꝝ quidẽ.ab.&.cd.æque multiplices.gk.&.ln.ipsaꝝ aũt.eb.&.fd.aliæ quæ utcũq; sunt æque multiplices hoc est.hx.&.mp. Si igitur excedit.gk.ipsam.hx.excedit &.ln.ipam.mp.& si æqualis:æqualis:& si minor:minor per cõuersionem.vi.diffinitionis quinti Excedat nempe.gk.ipsam.hx &cõmuni ablata.hk.excedit igitur.gh.ipsam



kx.Sed si excedit.gk.ipsam.hx.excedit.&.ln.ipsam.mp.excedat igitur.ln. ipsam.mp.& communi ablata.mn.excedit &.lm.ipsam.mp.Quare si excedit.gh.ipsam.kx.excedit &.lm.ipsam.np.Similiter iam ostendemus q & si æqualis fuerit.gh.ipsi.hx.æqualis erit &.lm.ipsi.np.& si minor: minor sunt autem.gh.&.lm.ipsarum.ae.&.cf.æque multiplices.&.kx.&.np.ipsarum. eb.&.fd.aliæ quæ ut utcūq; æque multiplices sunt.est igitur sicut.ae.ad.eb. sic est.cf.ad.fd.per.vi.diffinitionē quinti.Si cōpositæ magnitudines igitur ꝓportionales fuerint.diuisæ quoq; ꝓportiōales erūt.qd' demōstrasse oportuit.


Theorema.xviij.ꝓpositio.xviij.Cōuersa ꝑcedētis.



Si diuisae magnitudines proportionales fuerint: compositae quoq; proportionales erunt.

Sint disiunctæ magnitudines proportionales.ae.eb.cf.&.fd sicut.ae.ad.eb.sic.cf.ad.fd.Dico q & compositæ proportionales erunt.sicut.ab.ad.be.sic.cd.ad.df.Si autem non est sicut.ab.ad.be.sic.cd ad.fd.erit sicut.ab.ad.be.sic.cd.ad minorem ipsa.fd.aut ad maiorem.sit prius ad minorem.dg.Et quoniam est sicut.ab.ad.be.sic.cd.ad.dg.Compositę magnitudines proportionales erunt per.xvii.quinti.Est igit' sicut.ae.ad.eb. sic.cg.ad.gd.supponitur autem sicut.ae.ad.eb.sic.cf.ad.fd.Et sicut igitur p xi.quinti.cg.ad.gd.sic.cf.ad.fd.maior autem est prima.cg.tertia.cf.per.xiiii. quinti maior igitur est secunda.gd.ipsa.fd.quarta.Sed & minor quod ē impossibile.Igitur non est sicut.ab.ad.be.sic.cd.ad minorem ipsa.fd.Similiter quoq; ostendemus q neq; ad maiorem ad eandem igitur.Si disiunctæ igitur magnitudines proportionales fuerint.& compositę quoq; proportionales erant.quod demonstrasse oportuit.

Theorema.xix.propositio.xix.



Si fuerit sicut totū ad totū.sic ablatū ad ablatū: & reliquū ad reliquum erit sicut totum ad totum.

Esto sicut totum.ab.ad totum.cd.sic ablatum.ae.ad ablatū. cf.Dico q & reliqunm.eb.ad reliquum.fd.erit sicut totum.ab. ad totum.cd.Qm̄ enim est sicut totum.ab.ad totum.cd.sic.ae.ad.cf.& uicissim quoq; per.xvi.quinti sicut.ab.ad.ae.sic &.dc.ad.cf.& qm̄ compositę magnitudines proportionales sunt.per.xvii.&.xviii.quinti & disiunctę proportionales sunt.Sicut igitur.be.ad.ea.sic.df.ad.cf.& uicissim igitur per.xvi.quinti est sicut.be.ad.df.sic.ea.ad.fc.Sicut autem.ae.ad.cf.sic supponitur totū. ab.ad totum.cd.& reliquum igitur.eb.ad reliquum.fd.erit sicut totū.ab.ad totū.cd.Si fuerit igit' sicut totum ad totū sic ablatū ad ablatū.& reliquū ad reliquum erit sicut totum ad totum.quod demonstrandum erat.Et qm̄ ostēsum est q sicut est.ab.ad.cd.sic est.eb.ad.fd.& uicissim sicut.ab.ad.be.sic. cd.ad.df.compositæ igitur magnitudines proportionales sunt p.xviii.ꝓpositionem.v.ōnsum est aūt q sicut.ba.ad.ae.sic.dc.ad.cf.etiam & cōuertēdo.

Correlarium.

Hinc manifestum est: q si compositæ magnitudines proportionales fue

rint:& conuertendo proportionales erũt.qđ oportebat demonstrare.

¶ Fiunt nimirum rationes in æque multiplicibus:& in proportionibus:quã doquidem si primum secundi æque fuerit multiplex:& tertium quarti:erit si cut primum ad secũdum:sic tertium ad quartum.Sed neutiq̃ ex altera parte respondet.Si enim fuerit sicut primum ad secundum:sic tertium ad quartũ:non statim erit:& primũ secũdi æque multiplex:& tertiũ q̃rti sicut in hemioliis:& epitritis rõnibꝰ:uel hmõi aliis quod oportebat demonstrare.


¶ Interpres.

¶ Interpretis fidi officium esse censuerim:in interpretandis auctoribus:aliquid minime adiungere:& etiam aliquid minime pretermittere:inquos ambos fedissimos errores Campanum uolutim cecidisse dilligens lector cõperiet: si lectionem uoluerit græcam ex amusim perpendere:nam dum Campanus precedens.xix.iterpretatur theorema id addit quod apud græcos nõ repperitur:inquit enim.Si a duobus totis duæ proportiones abscindantur: quæ uerba inquam in codicibus græcis minime repperiuntur:quippe quoniam superuacanea sunt:postmodum correlarium prætermittit.& alia etiã non nulla quæ cognitu admodum utilia sunt ac necessaria:quod quidem sub silentio prætermittere minime potuimus.

¶ Theorema.xx.propoosiio.xx.

Si fuerint tres magnitudines:& aliae eisdẽ aequales numero cũ duabus sumptis:& in eadẽ rõne:ex aeq̃li aũt prima tertia maior fuerit:& quarta sexta maior erit:& si aeq̃lis:aequalis.& si minor:minor.

¶ Sint tres magnitudines.abc.& aliæ eisdem æquales numero.def.Cũ duabus sumptis & in eadem ratione: sicut quidem.a.ad.b.sic.d.ad.e.sicut que.b.ad.c.sic.e.ad.f.Ex æquali autem sit maior.a.ipsa.c.Dico q̃ &.d.ipsa.f.maior erit:& si æqualis:æqualis:& si minor:minor.Quoniam enim maior ẽ.a.ipso.c.alia autem quædam.b.Maior autem ad eandem per.viii.quinti maiorem rõnem habet q̃ minor.Igitur.a.ad.b.maiorem rõnem habet:q̃.c.ad.b.Sed sicut est quidem.a.ad.b.sic est.d.ad.e.sicutq;.c.ad.b.rursus sic.f.ad.e.Et.d.igitur.ad.e.maiorem rõnem habet:q̃.f.ad.e.per correlarium.iiii.quinti Ad eandem autem rõnem habentiũ:maiorẽ rationẽ habens:illud maius est per.x.quinti:maior igitur est.d.ipsa.f.Similiter quoq; ostendemusq; & si eq̃lis est.a.ipsi.c.æqualis erit &.d.ipsi.f.& si minor:minor.Si fuerint igitur tres magnitudines:& aliæ eisdẽ æq̃les numero cũ duabus sumptis:& in eadẽ ratione:ex æquali aũt prima tertia maior fuerit:& quarta sexta maior erit:& si æqualis:æqualis.& si minor:minor:quod oportebat demonstrare.



¶ Interpres.

¶ Precedens theorema dum interpretaᷣ Campanus:id quod græca lectio docet pretermittens:astruit id quod apud Euclidem neutiquam inuenitur: id inquam græcę ostendunt lectiones.

¶ Theorema.xxi.propositio.xxi.


SI fuerint tres magnitudines: et aliae eisdẽ aequales numero cum duabus sumptis: et in eadez ratione: fuerit autem perturbata earum proportio: ex aequali vero prima tertia maior fuerit et quarta sexta maior erit: et si aequalis: aequalis. et si minor: minor.

¶ Sint tres magnitudines.abc.& aliæ eisdẽ numero æquales.def.cum duabus sumptis:& in eadem ratione: sit autem earum proportio pturbata: sicut quidem.a.ad.b.sic.e.ad.f.sicutq;.b.ad.c.sic.d.ad.e.ex æquali autem.a.ipa.c.sit maior; dico q & .d.ipsa.f.maior erit:& si æqualis: æqualis.& si minor: minor. Quoniam enim maior est.a.ipsa.c.aliaq;.b. Igitur per.viii.quinti.a.ad.b.maiorem habet rationem q̃.c.ad.b.Sed sicut quidem.a.ad.b.sic.e.ad.f.Sicutq;.c.ad.b.rursus sic.e.ad.d.&.e.igitur ad.f.maiorem ratione habet.q̃.e.ad.d.per correlarium quartę.v.Ad quam aũt eadem maiorem rationẽ habet illa minor est per.x.quinti minor igitur est.f.ipsa.d.Maior igitur est.d.ipa.f. Similiter quoq; ostendemus q & si æqualis: fuerit.a.ipi.c.Aequalis erit: &.d ipsi.f.& si minor: minor. Si fuerint igitur tres magnitudines:& aliæ eisdem æquales numero: cum duabus sumptis:& in eadem ratione: fueritq; perturbata earum proportio: ex æquali autem prima tertia maior fuerit.& q̃rta sexta maior erit.& si æq̃lis.æq̃lis.& si minor.minor qđ demõstrare oportebat.

¶ Interpres.

¶ Campanus insulsus præcedens theorema exactissime ignorauit: quod unusquisq; lector facillime depræhendere poterit.si græcam lectionem legere uolucrit: illud nanq; tam peruerse interpretatus est.ut nil inquam sit æque peruersum nam ex eo theoremate nullus potest ellici sensus.

¶ Theorema.xxij.propositio.xxij.


SI fuerint quaelibet magnitudines: et aliae eisdem aequales numero cum duabus sumptis: in eadem ratione et ex aequali in eadem ratione erunt.

¶ Sint quælibet magnitudines.abc.& aliæ eisdẽ æquales numero.def.cum duabus sumptis in eadem ratione.sicut qdem.a.ad.b.sic.d.ad.c.sicutq;.b.ad.c.sic.e.ad.f.Dico q & ex æquali in eadem ratione erunt.sicut.a.ad.c.sic.d.ad.f.Sũmantur quidem ipsarum.ad.æque multiplices.gh.ipsarum autem.be.aliæ quæ utcunq; sint æque multiplices.kl.& insuper ipsarum.cf.aliæ quæ utcunq; sint æque multiplices.mn.Et qm̃ ẽ sicut.a.ad.b.sic.d.ad.c.Et summuntur quidem ipsarum.ad.æque multiplices.gh.ipsarũ autem.be.aliæ quæ utcunq; sunt æque multiplices.kl.Est igitur p.iiii.quinti sicut.g.ad.k.sic.h.ad.l.& per hoc sicut.k.ad ipsum.m.sic.l.ad ipum.n.Qm̃ igitur tres magnitudines sunt.gkm.& aliæ eisdem æquales numero cũ duabus sumptis & in eadem ratione.ex æquali igitur per.xx.quinti si excedit.n.ipsum.m.excedit &.h.ipsum.g.& si æqualis.æqualis.& si minor.minor. Sunt autem.gh.ipsarum.ad.æque multiplices:&.mn.ipsarum.cf.aliæ quæ utcunq; sunt æque multiplices est igitur per.vi.diffinitionem quinti si-

cut.a.ad.c.sic.d.ad.f. Si fuerint igitur quælibet magnitudines:& aliæ eisdem æquales numero:cum duabus sumptis in eadem ratione:& ex æquali in eadem erunt ratione:quod demonstrasse oportuit.

¶ Theorema.xxiij. propositio.xxiij.

Si fuerint tres magnitudines:aliæq; eisdẽ aequales numero cũ duabus sumptis:in eadẽ rõne:fuerit aũt pturbata eaꝝ proportio:τ ex aequali in eadem rõne erunt.

¶ Sint tres magnitudines.abc.& aliæ eisdem æquales numero cum duabus sumptis in eadem ratione.def.sit autem perturbata ipsarum ꝓportio. Sicut quidem.a.ad.b.sic.e.ad.f.sicut quoque.b.ad.c.sic.d.ad.e. Dico qꝫ ẽ sicut.a.ad.c.sic est.d.ad.f. Summantur inq̃ ipsarum.abd.æque multiplices.ghk.ipsarum autem.def.aliæ quæ utcunq; æque multiplices sint.lmn. Et qm̃ æque sunt multiplices.gh.ipsarum.ab.partes autem eodem modo multiplicium eandem habẽt ratiõem per.xv.quinti. Est igitur sicut.a.ad.b.sic.g.ad.h. Ac per hoc & sicut.e.ad.f.sic.m.ad.n.& est sicut.a.ad.b.sic.e.ad.f.& sicut igitur.g.ad.h.sic.m.ad.n.per.xi.quinti. Et quoniam est sicut.b.ad.c.sic est.d ad.e.& summuntur ipsarum quidem.bd.æque multiplices.hk.ipsarum autem.ce.aliæ quæ utcunq; sunt eque multiplices.lm. Est igitur sicut.h.ad.l.sic k.ad.m.&uicissim per.xvi.quinti sicut.b.ad.d.sic.c.ad.e. Et qm̃.hk.ipsarum b.d.æque sunt multiplices:partes autem æque multiplicium eandem habẽt rationem per.xv.quinti. Est igitur sicut.b.ad.d.sic.h.ad.k.sed sicut.b.ad.d. sic.c.ad.e.& sicut igitur.h.ad.k.sic.c.ad.e.per.xi.quinti. Rursus qm̃.lm.ipsarum.ce.æque sunt multiplices:est igitur sicut.c.ad.e.sic.l.ad.m.sed sicut.c. ad.e.sic.h.ad.k.& sicut.h.ad.k.sic.l.ad.m.& uicissim per.xvi.quinti sicut.h. ad.l.&.k.ad.m. Ostensum autem est qꝫ sicut.g.ad.h.& sic.m.ad.n. Quoniã igitur tres magnitudines sunt proportionales.g.h.l.& aliæ eisdem æq̃les numero.k.m.n.cum duabus sumptis in eadem ratione:& est earum perturbata proportio:ex æquali igitur per.xxi.quinti si excedit.g.ipsum.l.& excedit. k.ipsum.n.& si æquale:æquale:& si minus:minus. Sunt autem.gk.ipsarum ad.æque multiplices.&.ln.ipsarum.cf.æque sunt multiplices est igitur sicut. a.ad.c.sic.d.ad.f.per.vi.diffinitionem quinti. Si fuerint igitur tres magnitudines:& aliæ eisdem æquales numero:cum duabus sumptis in eadem ratione. fuerit autem perturbata ipsarum proportio:& ex æquali in eadẽ ratione erũt quod demonstrasse oportuit.

g b l
a b c
d e f
k m n

¶ Theorema.xxiiij. propositio.xxiiij.

Si primũ ad secundum eandem habuerit rationẽ: τ tertium ad quartum:habuerit autem τ quintum ad secundum eandem rationem τ sextum ad quartum:τ composita primum τ quintum:ad secundum eandem habebunt rationem:τ tertium τ sextum ad quartum.

¶ Primum inq̃.ab.ad secundum.c.eandem habeat rõnem: & tertiũ.de.ad quartum.f.habeat aũt & quintum.bg.ad secundum.c.eandem rõnẽ.& sex-

tum.eh.ad quartum.f.Dico q; & composita primum & quintum.ag.ad secundum.c.eandem habebunt rationem:& tertium & sextum.dh.ad ipsum f.quartum.Q m̄.n.est sicut.bg.ad.c.sic est.eh.ad.f.Conuersim quoq; sicut. c.ad.bg.sic.f.ad.eh.Q m̄ igitur est sicut.ab.ad.c.sic.de.ad.f.Sicut autem.c. ad.bg.sic.f.ad.eh.ex æquali igitur per.xxii.quinti est sicut.ab.ad.bg.sic.de. ad.eh.& qm̄ disiunctæ magnitudines si proportionales sunt.compositę quoq; proportionales erunt per.xviii.quīti.Sicut igitur.ag.ad.gb.sic.dh.ad.he. est autem & sicut.bg.ad.c.sic.eh.ad.f.ex æquali igitur per.xxii.quinti est sicut.ag.ad.c.sic.dh.ad.f.Si primum igitur ad secundū eādem habuerit rationem:& tertiū ad quartū:habuerit aūt quintum ad secundū eandem ratione: & sextum ad quartum:& cōposita primum & quintū ad secūdū eandē habebūt rōnem & tertium & sextum ad quartū quod oportebat demōstrare.

Theorema.xxv.propositio.xxv.

Si quattuor magnitudines proportionales fuerint maxima earum:& minima reliquis maiores erunt.

Sint quattuor magnitudines proportionales.ab.cd.e.f.sicut. ab.ad.cd.sic.e.ad.f.Sit autem maxima earum.ab.minima uero.f.Dico q; ipsæ.ab.&.f.ipsis.cd.&.e.maiores sunt ponatur inq̄ per.iii.primi ipsi.e.æqualis.ag.& ipsi.f.æqualis.ch.Q m̄ igitur ē sicut.ab.ad.cd.sic.e. ad.f.Aequalis autē est.e.ipsi.ag.& ipsi.f.æqualis.ch. Est igitur sicut.ab.ad. cd.sic.ag.ad.ch.& qm̄ est sicut totum.ab.ad totum.cd.sic ablatū.ag.ad ablatum.ch.& reliquum igitur.gb.per.xix.quinti ad reliquum.hd.erit sicut totum.ab.ad totum.cd.Maior autem est.ab.ipsa.cd.maior igitur est.gb.ipsa. hd.Et qm̄. æqualis est.ag.ipsi.e.&.ch.ipsi.f.igitur.ag.&.f.sunt æquales ipsis ch.e.& qm̄ si inæqualibus æqualia addātur omnia inæqualia fient per.iiii.cōmunem sententiam. Cum igitur.gb.&.hd.sint inæquales:&.gb.maior sit: ipsi autem.gb.addantur.ch.&.e.producētur.ab.&.f.maiores ipsis.cd.&.e. Si quattuor igitur magnitudines proportionales fuerint:maxima & minima earum reliquis maiores erunt.quod demonstrare oportebat.

Interpres.

Et id quoq; ultimum theorema Campanus peruerse interpretatus est:reliqua uero p̄dictum theorema subsequentia theoremata apud græcos neutiquā repperiuntur:& ob id sane qm̄ non Euclidis:sed Cāpani sunt nō theoremata:sed deliramenta quædam:& quæ nulli elemento suffragari possint.

Euclidis elementorum Libri quinti.Finis:
Ex traditione Theonis.Bartholamæo
Zamberto Veneto iterprete.

¶ Euclidis elementorũ Liber Sextus:ex traditione Theonis Bartholamæo Zamberto Veneto interprete.





¶ Diffinitio prima.

Imiles figuræ rectilineæ sunt:quæ & angulos æquales habent ad unum:& quæ circa angulos æquales sunt latera proportionalia.

¶ Diffinitio secunda.

¶ Reciprocæ autem figuræ sunt:quando in utraque figura antecedentes & consequentes termini rationales fuerint.

¶ Diffinitio tertia.


¶ Per extremam:& mediam rationem recta linea diuidi dicitur:quãdo fuerit sicut tota ad maius segmentum:sic maius ad minus.

¶ Diffinitio quarta.


¶ Altitudo uniuscuiusq; figuræ ẽ:a uertice ad basim ppẽdicularis deducta.

¶ Diffinitio quinta.

¶ Ratio ex duabus rationibus:aut ex pluribus constare dicitur:quando rationum quantitates multiplicatæ aliquam efficiunt quantitatem.



¶ Sit eni.ab.ad.cd.rõnem habens datam ueluti duplã:aut triplã:aut quam libet aliam;&.cd.ad.ef.eandẽ quoq; datã. Dico q ipsius.ab.&.ef.ratio cõstat ex.ab.ad.cd.& ex.cd.ad.ef.uel si ipsius.ab.ad.cd.rõnis quãtitas multiplicata in ipsius.cd.ad.ef.rõnis quãtitatẽ efficit ipsi9.ab.ad.ef.rõnem. Sit eni primũ ab.ipsa.cd.maior &.cd.ipsa.ef.& sit quidẽ.ab.ipsius.cd.dupla &.cd.ipsius. ef.tripla.qm̃ igitur.cd.ipsius.ef.tripla est:ipsius aũt.cd.dupla est.ab.Igit̃.ab ipsius.ef.sexicupla est.Q uoniam si triplũ alicuius duplicamus:fit sexicuplũ hoc inq̃ est proprie cũpositio. Vel sic:qm̃.ab.dupla est ipsius.cd.diuidat̃.ab in ipsi.cd.æqualia:hoc est.ag.&.gb.Et quoniã.cd.ipsius.ef.tripla est: ęqualis aũt est.ag.ipsi.cd.&.ag.igit̃ ipsius.ef.tripla est.Id propterea &.gb.ipius.ef. tripla est. Tota igit̃.ab.ipsius.af.sexicupla est.Ipsius igit̃.ab.ad.ef.ratio connectitur per.cd.mediũ limitẽ.cõposita ex ipsius.ab.ad.cd.&.cd.ad.ef.ratiõe Similiter aũt & si minor fuerit.cd.utraq; ipsarũ.ab.&.ef.id ipsum colligitur. Sit eni rursus.ab.ipsius.cd.tripla at.cd.ipsius.ef.sit dimidia: & qm̃.cd.ipsius ef.dimidia est.Ipsius aũt.cd.tripla est.ab.igit̃.ab.sesqualtera est ipsius.ef.si eni alicuius dimidiũ triplicamus:habebit ipm̃ semel:& dimidiũ. At qm̃.ab. ipsius.cd.tripla est &.cd.ipsius.ef.dimidia ẽ:q̃liũ est.ab.æq̃liũ ipsi.cd.trium taliũ ẽ.ef.duorũ.Q uare sesqualterũ ẽ.ab.ipsius.ef.Igit̃ ratio ipsius.ab.ad.ef. cõnectit̃ p.cd.medium limitẽ:cõposita ex ipsius.ab.ad.cd.&.cd.ad.ef.rõne. Sed iã rursus sit.cd.utraq; ipsarũ.ab.&.ef.maior:& sit q̃dẽ.ab.ipsi9.cd.dimidium:&.cd.ipsius.ef.sesquitertiũ.Q m̃ igit̃ q̃liũ ẽ.ab.duorũ:taliũ ẽ.cd.q̃ttuor:q̃liũ aũt.cd.q̃ttuor:taliũ.ef.triũ:& q̃liũ igit̃.ab.duorũ:taliũ.ef.triũ,conne-



nectitur igitur rursus ratio ipsius.ab.ad.ef.per.cd.medium limitē:quę duorum est ad tria:similiter quoq; & in pluribus:& in reliquis casibus:& manifestum est q. si a composita ratiōe una quæq; compositarum auferatur:uno extremorum eiecto:reliqua compositarum assumetur.

Interpres.


Sexti elemētoꝝ libri diffinitiones Campanus interpres egregius sub silētio ptermissit:duas tantū & satis quidē īscite interptatus ē:reliqs uero ommissit:nō aiaduertēs q. defficiētibus diffinitiōibus nō possunt subsequētia theoremata:& problemata explicari:primū quoq; theorema adeo peruerse interptatus est:ut nec pes nec caput uni reddatur formæ:qd' inq nos purā & nudam ipsius Euclidis lectionē interpretari studētes:sic interptandū cēsuim9. & hic & in aliis locis in quibus cōtra Cāpanū sentimus:opinionem nostram subiungere uoluimus:lectores uero ubi lectiōes græcas lectitauerint:an nos recte senserimus:& si claudicemus:comperient

Theorema primum.propositio prima.



Triangula:& parallelogrāma quae sub eodem sunt uertice:ad se inuicem sunt vt bases.

Sint triangula quidē.abc.&.acd.parallelogrāma uero.ec.&.cf.sub eodē uertice existētia:habentia que ab.a.in.bd.ppēdicularem deductā.ac.Dico q. est sicut.bc.basis ad.cd.basim:sic est.abc.triāgulū ad.acd.triāgulū:&.ec.parallelogrāmū:ad.cf.parallelogrāmū. Producatur bd. q̄ per.ii.postulatū.db.ex utraq; parte in.hl.signa.& ponanť p.ii.pri.ipsi qdē. bc.basi æquales cuiusmodicūq;.bg.&.gh.Ipsi aūt.cd.basi æq̄les cuiusmodicunq;.dk.&.kl.Cōnectanturq;.ag.ah.ak.&.al.Et qm̄.cb.bg.&.gh.sibi inuicem sunt æq̄les.& triangula quoq;.ahg.agb.&.abc.sibi inuicem sunt æq̄lia: per.xxxviii.primi.Q uā multiplex igiť est.hc.basis ipsius.bc.basis. tā multiplex est & triangulū.ahc.triāguli.abc.Id propterea q̄ multiplex est.lc.basis ipsius.dc.basis.tū multiplex est &.alc.triāgulū ipsius.adc.triāguli.& si equalis est.hc.basis ipsi.cl.basi.æquū est per.xxxviii.primi triāgulū.ahc.triangulo.acl.& si basis.hc.excedit basim.cl.excedit & triangulū.ahc.triangulum.acl & si minor.minor per.vi.diffinitionē quinti.Q uattuor iam existentibus magnitudinibus.duab9 qdē basibus hoc est.bc.&.cd.duobus aūt triāgulis hoc est.abc.&.acd.Sūmunť æque multiplices ipsius qdē.bc.basis.& ipsi9. abc.trianguli.basis uidelicet.hc.& triāgulū.ahc.Ipsoꝝ autē.cd.basis &.adc. triāguli.alia quæ utcūq; sunt æque multiplicia.hoc est basis.cl.& triāgulum alc.& demōstratū est q. si excedit basis.hc.basim.cl.excedit quoq; & triāgulum.ahc.triāgulū.alc.& si aequale.æq̄le & si minus.minus.Est igiť sicut basis.bc.ad basim.cd.sic triangulū.abc.ad triangulū.acd.per sextā diffinitionē quinti.Et qm̄ p.xli.pri.ipsius qdē triāguli.abc.duplū est parallelogrāmū.ec. ipsius aūt.acd.trianguli.duplū est p eādē parallelogrāmū.fc.partes autē eodē m mō multipliciū p.xv.qnti eādē hn̄t rōnē.Est igitur sicut triangulū.abc. ad triāgulum.acd.sic parallelogrāmū.ec.ad parallelogrāmū.cf.Q m̄ igiť pa




tuit sicut quidē basis.bc.ad basim.cd.sic triāgulū.abc.ad triāgulum.acd.Sicutq; triāgulū.abc.ad triangulū.acd.sic parallelogrāmū.ec.ad parallelogrāmum.fc.&sicut igit̄.p.xi.quinti basis.bc.ad basim.cd.sic parallelogrāmum ec.ad parallelogrāmum.fc.triāgula igit̄:& parallelogrāma sub eodē uertice existentia:ad se inuicē sunt sicut bases.quod demonstrare oportebat.

Theorema secundum propositio.ij.



Si trianguli ad vnū laterum acta fuerit aliqua recta linea proportiōaliter secat ipsius triāguli latera:& si triāguli latera pportiōaliter secta fuerint ad segmēta cōnexa recta linea ad reliquū erit ipsius trianguli latus.



Trianguli enī.abc.parallelus ad latus.bc.agatur.de.Dico q, est sicut.bd.ad.da.sic est.ce.ad.ea.Cōnectant̄ inq̄.be.&.cd.æquale igit̄ est p.xxxvii.primi triangulū.bde.triangulo.cde.in eadē enim sunt basi.de.& in eisdē paralle lis.de.&.bc.aliud aūt quoddā triangulum.ade.æqualia aūt per.vii.quinti ad idē eandē hn̄t rōnem.Est igitur sicut triangulū.bde.ad triangulū.ade.sic triangulū.cde.ad triangulū.ade.Sed sicut qdem triangulū.bde.ad triangulū.ade.sic est.bd.ad.da.sub eodem nanq; uertice.ab.e.in.ab.perpendicularem actā hn̄t:&pinde ad se inuicē sunt sicut bases p pri.sexti.Ac pptērea triāgulum.cde.ad triangulū.ade.sic.ce.ad.ea.& sicut igit̄.p.xi.quinti.bd.ad.da.sic ce.ad.ea.Sed iam ipsius.abc.trianguli latera.ab.&.ac.in pportione secentur sicut.bd.ad.da.sic.ce.ad.ea.& cōnectatur.de.Dico q, parallelus est.de.ipsi.bc.eisdem nāq; dispositis.Q m̄ est sicut.bd.ad.da.sic.ce.ad.ea.Sed sicut quidem.bd.ad.da.sic triāgulum.bde.ad triangulum.ade.per pri.vi.Sicut autē.ce.ad.ea.sic triangulū.cde.ad triangulū.ade.p eandem & sicut igit̄ per.xi.v.triangulū.bde.ad triangulū.ade.sic triangulum.cde.ad triangulū.ade.Vtrūq; igitur ipoꝝ.bde.&.cde.trianguloꝝ ad.ade.eandē hēt rōnem per.ix.quinti Aeq̄le igit̄ p eādē est triāgulū.bde.triāgulo.cde.& in eadē sunt basi.de.æqualia aūt triangula & in eadem basi existētia:& in eisdē sunt parallelis p.xxxix.primi parallelus igitur est.de.ipi.bc.Si trianguli ad unū latus igitur acta fuerit aliqua recta linea.pportionē habens secat trianguli latera:& si trianguli latera proportionaliter secta fuerint:ad segmenta coiuncta recta linea ad reliquum erit trianguli latus.Q uod demonstrasse oportuit.

Interpres.

Secundū uoluminis hui9 theorema Cāpan9 qm̄ ignorauit:iccirco satis i uolute & pplexe iterp̄tatus ē id inq̄ grçcę lectiōes exactissime docent.

Theorema.iij.propositio.iij.



Si triāguli angulus bifariā secetur:dispescens autē angulum recta linea secuerit & basim:basis segmenta eandem habebunt rationem reliquis ipsius trianguli lateribus: & si basis segmenta eandem habuerint rationeȝ reliquis ipsius trianguli lateribus:a vertice ad basim coniūcta recta linea bifariam dispescit ipsius trianguli angulum.




¶ Sit triangulum.abc.secetur que per.ix.primi angulus.bac.bifariā sub recta linea.ad.Dico ꝙ est sicut.bd.ad.cd.sic est.ba.ad.ac.excitetur eni p.xxxi.primi p.c.ipsi.da.parallelus.ce.& acta.ba.ei cōcurrat in.e.& qm̄ in parallelos.ad.&.ec.recta linea.ac.cecidit.Angulus igit̄.ace.p.xxix.primi æqlis ē angulo.cad.Sed angulus.cad.ei qui est sub.bad.supponitur æqlis:& angulus igitur.bad.ei qui sub.ace.est angulo est æqlis.Rursus qm̄ in parallelos.ad.&.ec.recta linea cecidit.bae.per.xxviii.pri.angulus exterior.bad.æqlis ē angulo interiori.ace.ostensum aūt est ꝙ angulus.ace.angulo.bad.est æqualis:& angulus.ace.igitur per.vi.pri.angulo.aec.est æqlis.Quare & latus.ae.lateri.ac.est æqle.Et qm̄ trianguli.bce.ad unū latus.ec.acta est.ad.proportioalis igitur p.ii.sexti & per.xi.v.& animaduerte quō sicut.bd.ad.dc.sic.ba.ad.ae.Aequalis aūt est.ae.ipsi.ac.ē igitur sicut.bd.ad.dc.sic.ba.ad.ac.Sed esto sicut.bd.ad.dc.sic.ba.ad.ac.& cōnectatur.ad.Dico ꝙ bifariā secat̄ angulus bac.sub recta liea.ad.Eisdem nāq; dispositis qm̄ est sicut.bd.ad.dc.sic ē.ba.ad.ac.Sed sicut ē.bd.ad.dc.sic.ba.ad.ae.per.ii.sexti triāguli eni.bce.ad unū latus.ec.acta est.ad.& sicut igit̄.ba.ad.ac.sic.ba.ad.ae.per.ix.v.æqlis aūt est ac.ipsi.ae.quare & angulus qui sub.aec.p.v.primi ei qui est sub.ace.est æqlis.Sed qui ē sub.aec.per.xxix.primi exteriori qui est sub.bad.est æqualis.Angulus autem.ace.ei qui uicissim est sub.cad.angulo est æqualis.Angulus igitur.bac.bifariam discinditur sub.ad.recta linea.Si trianguli angulus igitur bifariam secetur:eum autem dispescens recta linea secuerit & basim:basis segmenta eandem habebunt rationem reliquis trianguli lateribus:& si basis segmenta eandem habuerint rationem reliquis triāguli lateribus:a uertice ad basim coniuncta recta linea bifariam secat ipsius trianguli angulum:quod erat demonstrandum.

¶ Theorema.iv.propositio.iv.



Equiangulorum triangulorum proportionalia sunt latera quae circuȝ aequales angulos:⁊ similis sunt rōnis quae aequalibus angulis latera subtenduntur.

¶ Hiis expositis indicatur: ꝙ ꝓposita recta linea hoc ē a qua: & cubitales: & palmi: & digitales: ac pedales summuntur mensuræ. Sunt rectę lineę multitudine infinitæ. cõmensurabiles: & incommensurabiles: aliæ quidem longitudine & potentia: aliæ uero potentia tantum. Vocatur igitur ipsa quidem proposita recta linea rationalis: & quę huic commensurabiles: & longitudine: & potentia: & potentia tantum rationales. Quæ autem incõmensurabiles per utrunq;: hoc est longitudine & potentia irrationales appellantur. & quod quidem a proposita recta linea quadratum rationale: & quę huic cõmensurabilia rationalia: & quod ab incõmensurabili irrationale: & quę huic cõmensurabilia irrationalia: dicuntur: & ipsa potentes siue q̄drata fuerint ipsa latera: siue alię queppiã rectilineę æqualia ipsis ☐☐ describētes: irrõnales uocēt.

¶ Theorema primum propositio prima.




uabus magnitudinibus inaequalibus expositis: si a maiori auferatur maius quae dimidium: et eius quod relictũ est maiusq̃ dimidium: idq; semper fiat: relinquetur quaedam magnitudo minor minore magnitudine exposita.

¶ Sint binę magnitudines inæquales. ab. c. quarum maior sit. ab. Dico ꝙ si ab ipsa. ab. auferatur maius q̃ dimidium: & reliqui maiusq̃ dimidium: & hoc semper fiat: relinquetur quędam magnitudo minor minore magnitudine exposita. c. Igitur. c. multiplicata maior erit ipsa. ab. multiplicetur & esto. de. ipsius qdē. c. multiplex: maior aũt ipsa. ab. Diuidaturq;. de. inæq̃les ipsi. c. hoc ē. df. fg. ge. Auferaturq; ab ipsa. ab. maiusq̃ dimidiũ. bh. & ab ipa. ah. maiusq̃ dimidium hoc ē. hk. & hoc fiat sp ex quo quę i. ab. sunt diuisiones ęquales sint multitudine eis quę in ipso. de. sunt diuisionibus: sintq; igitur. ak. kh. &. hb. diuisiones æquales existentes multitudine ipsis. df. fg. &. ge. & qm̃ maior est. de. ipsa. ab. auferturque ab ipsa. de. minor quã dimidium hoc est. eg. ab ipsa

autē.ab.maius q̄ dimidiū.bh.Reliquum igitur.gd.reliquo.ha.maius est: & qm̄ maius est.gd.ipsa.ha.auferturq; ab ipsa.gd.dimidiū hoc est.gf.ex ipa autem.ah.maius dimidio hoc est.hk.Reliquū igitur.df.reliquo.ak.maius est: æquale autem est.df.ipsi.c.&.c.igitur ipso.ak.maius est: minus igitur est.ak ipso.c.Relinquitur igitur ex.ab.magnitudine ipsa.ak.magnitudo minor existens minore exposita magnitudine.c.quod oportuit demonstrasse. Similiter quoq; ostendetur si dimidia sublata fuerint.


¶ Aliter idem ostendere.



¶ Constent binæ magnitudines inæquales.ab.c.& quoniā minor est.c.multiplicetur:erit ipsa.ab.maior:esto.fm.ipsius.c.multiplex. Diuidaturq;.fm.in ipsi.c.æqualia hoc est.mh.hg.gf.& ab ipsa.ab.auferatur maius q̄ dimidium be.& ex ipsa.ea.maius q̄ dimidiū hoc est.ed.& hoc fiat ex quo quę in ipa.fm diuisiones æquales fiant ipsis quæ sunt in.ab.diuisionibus:fiant autem sicut. be.ed.&.da.& ipsi.da.una quæq; ipsarū.kl.ln.&.nx.esto æqualis:& hoc fiat ex quo diuisiones quæ sunt in.kx.fiant æquales eis quæ sunt in.mf.Et quoniam.be.maius est.q̄ dimidiū ipsius.ab.Ipsa.be.maior est ipsa.ea.multo maior igitur est ipsa.da.Sed ipsi.da.æqualis est.xn.igitur.be.maior est ipsa.xn. Rursus qm̄.be.maior ē q̄ dimidiū ipsius.ea.ipsa igit̄.de.maior ē ipa.da. Sed ipsa.da.æqualis est ipsi.al.igitur ipsa.ed.maior ē ipsa.ln. Tota igitur.db.maior est ipsa.xk.Sed ipsa.ba.maior est.mf.multo maior igitur est.mf.ipsa.xk. Et quoniā.xn.nl.&.kl.sibi inuicē sunt æqualia:&.mh.hg.&.gf.sibi inuicem sunt æqualia:& æqualis est multitudo ipsarū quæ in.mf.multitudini ipsarū quæ in.xk.est igitur per.xii.quinti sicut.kl.ad.fg.sic est.kx.ad.fm.maior autem est.fm.ipsa.kx.maior igitur est &.gf.ipsa.lk.At.fg.æqualis est ipsi.c.ipa autem.kl.ipsi.ad.igitur.c.maior est ipsa.ad.quod oportuit demonstrare.

¶ Theorema secundum propositio.ij.

Si duabus magnitudinibus inæqualibus expositis: sublata semper minore a maiori:reliqua minime metiatur p̄cedentē:incōmēsurabiles erunt ipsae magnitudines.




¶ Duabus inq̄ magnitudinibus inæqualibus existentibus.ab. cd.& existente minore ipsa.ab.sublata semper minore ipsa.ab.a maiori:reliqua nequaquā metiatur p̄cedentē.Dico q̄ incōmēsurabiles sunt ipsę.ab.cd. magnitudines.Si eni sunt cōmēsurabiles:metietur per primā diffinitionē.x. eas aliqua magnitudo:metiat̄ si possibile est & esto.e.&.ab. ipsā.dc.metiēs relinquat se ipa minorē.cf.At.cf.ipsā.bg.metiens p primā.x.relinquat se ipa minorē.ag.& hoc sp fiat ex quo supta fuerit q̄dā magnitudo q̄ sit minor ipa. e.fiat:&p p̄cedētē sumat̄.ag.mior ipa.e.Q m̄.e.ipsā.ab.metit̄:sed.ab.ipsā. df.metit̄.Igit̄.e.ipsā.df.metiet̄:metit̄ aūt & totā.cd.& reliquā.cf.metietur. Sed.cf.ipsū.bg.metitur.&.e.igitur ipsū.bg.metit̄:metitur autem & totum ab.& reliquū igitur.ag.metietur:maius minus: quod est ipossibile.ipsas igit̄ ab.cd.nulla metietur magnitudo.Incōmensurabiles igit̄ sunt ipsę.ab.cd.magnitudines.Si binæ igitur magnitudines inæquales exponātur : auferaturq;

semp a maiori minor:& reliquum tñ pcedentẽ non metiatur. Ipsę magnitudines erunt incõmensurabiles:quod oportuit demonstrare.

¶ Interpres.

¶ Id quod Euclides in pcedẽti theoremate ostẽdit: hẽtur quoq; in primo septimi uoluminis theoremate at illud in numeris:hoc uero in magnitudinib9 ne): pcedens theorema Cãpanus interpretans id astruit quod in lectionibus graecis neutiq̃ inuenitur:id inq̃ nos graecę docent lectiones.

¶ Problema primũ:propositio tertia.



Duabus magnitudinibus cõmensurabilibus datis:maximam earum cõmunem inuenire mensuram.

¶ Sint datae binae magnitudines commensurabiles.ab.&.cd. Quarũ minor sit.ab.oportet iam ipsarũ.ab.&.cd.maximã cõmunem inuenire mensuram. Igitur.ab.aut metitur ipsam.cd.aut non: si enĩ metitur:metitur & seipsam igitur.ab.ipsarum.ab.&.cd.cõmunis est dimensio:& manifestũ est q; & maxima;maior nanq; ipsa.ab.magnitudine ipsam.ab.non metietur. Non metiatur autem.ab.ipsam.cd.sublata igitur semp minore a maiori:id quod relinquitur metietur quandoq; pcedentem:eo qa ipsę.ab.cd.sunt cõmensurabiles.&.ab.ipsam.ed.metiens relinquat ipsa minorẽ.ec.at.ec.ipsam.fb.metiens relinquat ipsa minorẽ hoc est.fa.at.fa.ipsam.ce.metiatur. Qm̃ igitur.af.ipsam.ce.metitur:sed.ce.ipsam.fb.metitur:&.af.igitur ipsam.fb.metietur:metitur autẽ & se ipsam:& totam igitur.ab.metietur ipsa.af. Sed.ab ipsam.de.metitur:igitur.af.ipsam.ed.metitur; metitur autẽ &.ce.& totam igitur.cd.metitur. Igitur.af.ipsas.ab.&.cd.metitur.igitur.af.ipsarũ.ab.&.cd.cõmunis est dimensio. Aio quoq; q; & maxima:si enim non: erit aliqua magnitudo maior ipsa.af.quae ipsas.ab.&.cd.metietur. Sit inq̃.g. qm̃ igitur.g.ipsam.ab.metitur. Sed.ab.ipsam.ed.metitur:&.g.igitur ipsam.ed.metietur:metitur autem & totam.cd.& reliquam igitur.ce.metietur ipsa.g. Sed.ce.ipsam.fb.metitur:igitur &.g.ipsam.fb.metietur:metitur autem & totam.ab.& reliquam igitur.af.metietur:maior minorem quod est impossibile. Igitur maior aliqua magnitudo ipsa.af.ipsas.ab.&.cd.magnitudines non metietur. Igitur.af.ipsarum.ab.&.cd.maxima cõmunis dimensio est. Duabus igitur magnitudinibus cõmensurabilibus datis.ab.&.cd.maxima cõmunis dimensio inuenta est:quod fecisse oportuit.

¶ Correlarium.

¶ Ex hoc inq̃ manifestũ est q; si magnitudo binas magnitudines mensa fuerit:& maximam earum cõmunem dimensionem metietur.

¶ Interpres.

¶ Id qđ hoc loco docet Euclides ĩ primo quoq;.vĩĩ.uolũinis hẽtur pblemate:at illud in numeris hoc uero in magnitudinibus. Sed Cãpa.huius nullam facit demõstrationẽ:uolẽs q; secunda septimi demõstratio huic suffraget:& sic dum demonstrationẽ huius ptermittit in faedissimũ errorem proruit: subnectit nãq; correllarium quod ex demonstratione nascit:ut oẽs intelligũt.

Verum si correlaria a demonstrationibus nascuntur. Cum hoc loco nulla sit demonstratio:quomodo potest Campanus bestia hic subiungere correlarium. Cum sit necessarium q correllariũ oriatur ab hiis quæ nobis sunt nota:& quõ potest esse notum theorema pcedens si de eo nullã Campanus facit interpretationem? multo minus igitur correllarium:& igitur lõge rectius A theone accutissimo Euclidis iterprete obseruatũ cõperimus:Cuius traditionẽ lucidã & clarã laborauimus ut latinis tãdẽ legẽdã traderemus:ne tãtus auctor ieptiis & sõniis:& nescio qbus nugis Cãpa.barbarissimi obsitus squaleret.

Problema secundum:propositio.iiij.



Tribus magnitudinibus cõmensurabilibus datis:maximam eaꝝ cõem mensuram inuenire.

Sint datæ tres magnitudines cõmensurabiles.a.b.c.oportet iam ipsarum.a.b.c.maximam cõem mensuram inuenire. Sumatur enim per.iii.x.ipsaꝝ duaꝝ.ab.maxima cõis mensura:sitq; illa.d.Igit.d.ipsam.c.aut metitur:aut non metitur:metiaẽ primũ. Q m igitur.d.ipsam c.metitur:metitur & ipsas.ab.igitur.d.ipsas.a.b.c.metitur.Igitur.d.ipsarum a.b.c.cõis dimensio est:& manifestum q maxima maior namq; ipsa.d.magnitudo ipsam.ab.non metietur.Non metiatur iam.d.ipsam.c.Dico primũ q cõmensurabiles sunt ipsæ.cd.Q uoniam enim cõmensurabiles sunt ipsæ.a.b.c.metietur eas aliq magnitudo:quæ uidelicet & ipsas.ab.metieẽ. Q uare & ipsarum.ab.maximã cõem mensurã.d.metietur p correlariũ precedẽtis:metitur autẽ &.c.quare dicta aliqua magnitudo metietur ipsas.cd. Commensurabiles igitur sunt ipsæ.cd.Sũmatur per.iii.x.eaꝝ cõis maxima dimẽsio:sitq;.e.Q uoniã igitur.e.ipsam.d.metitur:sed.d.ipsam.ab.metitur:&.e. igitur ipsas.ab.metitur:metitur autẽ &.c.Igitur.e.ipsaꝝ.a.b.c.cõis est mẽsura.Dico q & maxima:si enim possibile:sit.e.minor magnitudo ipsa.f.metiaturq;.f.ipsas.a.b.c.& qm.f.ipsas.a.b.c.metitur:metietur & ipsas.ab.& ipsaꝝ igitur.ab.per pcedens correlariũ maximã cõmunẽ mensuram metietur. At ipsarum.ab.maxima cõmunis mensura est.d.Igitur.f.ipsam.d.metitur:metitur autem &.c.igitur.f.ipsas.cd.metitur:& ipsarum ergo.cd.maximam cõmunem mensuram per pcedens correllarium metietur.f.maxima uero cõis mensura ipsarum.cd.est.e.igitur.f.ipsam.e.metitur:maior minorem quod ẽ impossibile. Ipsa igitur magnitudine.e.maior aliqua magnitudo ipsas.a.b.c. non metitur.Igitur.e.ipsaꝝ.a.b.c.maxima cõis est dimensio. Si non metiaẽ d.ipsam.c.si autẽ metiaẽ ipsa est.d. Tribus igitur magnitudinibus cõmensurabilibus datis:maxima cõis eaꝝ dimensio inuẽta ẽ:qd facere oportebat.

Correlarium.

Ex hoc proinde manifestũ est q si magnitudo tres magnitudines mensa fuerit:& maxima quoq; eaꝝ cõem dimensionẽ metietur:similiterq; & in pluribus & cõis maxima mensura:& subinde correlarium inuenietur.

Interpres.

Hoc idem in secundo septimi uoluminis problemate habetur: Campa.


nus uero delirus hoc loco & correlarium & demonstrationē pt̄ermisit. Volens hoc problema exponi per demonstrationem tertiæ septimi.

Theorema iij. propositio. v.



Ommensurabiles magnitudines adinuicem rationē habent quam numerus ad numerum.

Sint cōmensurabiles magnitudines.ab.Dico q.a.ad.b.rationem habet quam numerus ad numerū.Quoniam enim cōmensurabiles sunt.ab.metietur eas aliqua magnitudo:metiatur & esto.c.& quoties.c.ipsam.a.metitur:tot unitates sint in.d. Quoties autē.c.ipsum.b.metitur:tot unitates sint in.e.Quoniā igitur.c.ipsum.a.metitur per eas quę in.d. sunt unitates:& unitas metitur ipsum.d.per eas q̄ in ipso sunt unitates.eque igitur unitas ipsum.d.metitur numerum:&.c.magnitudo ipsam.a.est igitur per correlarium quartæ quinti.sicut.c.ad.a.sic est unitas ad.d.Rursus igitur sicut.a.ad.c.sic.d.ad unitatem. Rursus qm̄.c.ipsam.b.metitur p eas quæ in.e.sunt unitates:metitur autē & unitas ipsam.e.per eas quæ in ea sunt unitates.æque igitur unitas ipsum.e.metitur:&.c.ipsum.b.est igitur per idē sicut.c.ad.b.sic est unitas ad.e.patuit autē q & sicut.a.ad.c.sic.d.ad unitatē. ex æq̄li igit̄ p.xxii.v.est sicut.a.ad.b.sic est.d.numerus ad.e.numeȝ.Cōmensurabiles igitur magnitudines.ab.adinuicem rationem habent:quam numerus.d.ad numerum.e.quod oportebat demonstrare.




Theorema.iv.propositio.vi.



Si binae magnitudines adinuicem rationem habuerint quam numerus ad numerum commensurabiles erunt ipsae magnitudines.

Binæ inq̄ magnitudines.ab.adinuicem rationē habeant quā numerus.d.ad numerū.e.Dico q cōmensurabiles sunt ipsæ.ab.magnitudines.Quot enim sunt in ipsa.d.unitates:in tot æquales diuidatur per.ix.quinti ipsa.a.& uni earum æqualis esto.c.Quot autem unitates sunt in.e.ex totidem magnitudinibus ipsi.c.æqualibus componatur.f.Quoniā igitur quot sunt unitates in ipsa.d.tot magnitudines sunt & in ipsa.a.æq̄les ipsi.c. Qualis igitur pars est.g.unitas ipsius.d.talis pars est &.c.ipsius.a.est igitur sicut.c.ad.a.sic.g.unitas ad ipsum.d.metitur autem.g.unitas ipsum.d.numerum metitur igitur &.c.ipsum.a.& quoniam est per correlarium quartę quinti sicut.c.ad.a.sic est.g.unitas ad numerum.d.& e contra sicut est.a.ad.c.sic est d.numerus ad.g.unitatem.Rursus qm̄ quot unitates sunt in.e.tot sunt & in ipso.f.æquales magnitudines ipsi.c.est igitur sicut.c.ad.f.sic.g.unitas ad.e. numerum.patuit autem & sicut.a.ad.c.sic est.d.ad unitatē.g.Ex æquali igitur per.xxii.quinti est sicut.a.ad.f.sic est.d.ad.e.Sed sicut.d.ad.e.sic est.a.ad b.Igitur per undecimam quīti & sicut.a.ad.b.sic est & ad.f.Igitur.a.ad utraque ipsarum.bf.eandem habet rationem: æqualis igitur est.b.ipsi.f.metitur autem &.c.ipsum.f.metitur igitur per.ix.v.&.b.sed & ēt.a.Igit̄.c.ipsas. ab.metitur.Cōmensurabilis igitur est.a.ipsi.b.Si binę igitur magnitudines



adinuicem rationem habuerint quam numerus ad numerum. Commensurabiles erunt ipsæ magnitudines quod erat ostendendum.

¶ Correlarium.

¶ Ex hoc proinde manifestum est q̄ si fuerit bini numeri.d.e.& recta linea sicut.a.Datur & factu ē possibile q̄ sicut numer9 ad numerū:sic recta linea ad rectā lineam.Si autē & ipsarū.af.media proportionalis sumpta fuerit. sicut.b.erit sicut.a.ad.f.sic quod ex ipsa.a.ad id quod ex ipsa.b.hoc est sicut.a.ad.f.sic quod a prima ad id quod ex secunda simile:similiterq; descriptū per correlarium.xix.sexti.Sed sicut.a.ad.f. sic est.d.numerus ad.e.numerum: fit igitur sicut.d.numerus ad.e.numerū:sic quod ex.a.recta linea ad id quod ex.b.recta linea.

a b f d e

¶ Aliter idem ostendere.

¶ Binæ inq̄ magnitudines.ab.adinuicē rationē habeant:quā numerus.c.ad numerū.d.Dico q̄ ipsæ magnitudines sunt cōmensurabiles.quot enim sunt in ipso.c.unitates:in tot æqualia diuidatur.a.& uni earū æqualis esto.e.est igitur sicut unitas ad.c.numerū sic est.e.ad.a.est autē & sicut.c.ad.d.sic.a.ad.b. ex æquali igitur per.xxii.q̄nti.est sicut unitas ad ipsū.d.numerū:sic est.e.ad. b.metitur autē unitas ipsum.d.metitur igitur &.e.ipsum.b.metitur autē &. a.Et qm̄ unitas ipsum.c.igitur.e.utrunq; ipsarum.ab.metitur:ipsę igitur.ab. cōmensurabiles sunt &.e.ipsarum cōmunis est dimensio.

e a b

f c d

¶ Interpres.

¶ Campanus precedens theorema precedentis conuersū esse asserit:sed fallitur ista bellua:& mentitur planissime:sic nāq; quid sit conuersū ignorare uidetur.Conuersū nāq; oppositū est.hoc est contrariū.at.vi.propositio:si recte inspicimus quintæ non est contraria:neq; ei opponitur:imo idē ostendit comprobat:& consolidat quod & quinta.quod latissime patet. Nam quinta propositio sic sonat.Cōmensurabiles magnitudines rationē adinuicem habent quām numerus ad numerū.Sexta uero ait q̄ si binæ magnitudines eā habuerint quā numerus ad numerum rationem:cōmensurabiles erunt ipsæ magnitudines.non ne igitur stultum est asserere sextam q̄ntæ esse oppositā. cum & quinta & sexta & in uerbis & in sensu unum sint & idem? Et si uelimus quoq; uerba ppendere:repperiemus q̄ conuersum cōmensurabilis. nō est cōmensurabilis:sed incōmensurabilis:sicut incōmēsurabilis conuersum non est incōmēnsurabilis:sed cōmensurabilis: aliter si cōmensurabilis esset conuersum cōmensurabilis & si nihil aliud addas:tunc duo in uno subiecto erunt contraria:quod est impossibile.preterea si sexta esset conuersa aut opposita quintæ.quoniam aliud esset quinta:& aliud sexta:igitur commensurabile esset commensurabile:& commensurabili oppositum:quod est impossibile.Insuper sic commensurabiles magnitudines intelligūtur:sicut in arithmeticis nūerus binarius:q̄ternarius:octonarius duodenarius:& reliq;q cōmunē mensurā suscipiunt ut.viii.&.xii.quorū cōis mēsura ē q̄ttuor aut bina n9:i qb9 si nūer9.viii.nūero.xii.eēt opposit9 cōem ipsā mēsurā nō suscipet:

suscipit autē qm̄ cōmensurabilis: igitur non oppositus neq; conuersus: multa hic alia dici possent q consulto ptermittimus quoniā nunc non est a nobis disserendū cum mortuis: tū etiā quoniā frustatoriū eēt has nugas suas ita scrutari quasi q; digne fient cogitatu aut speculatu. satis superq; nobis sit ostēdisse ipsius Campani hominis alioqui bonas litteras & in primis græcas ignorantis errores ineptias: & nugas quibus iterptatio sua undiq; scatet. sicut hoc loco pter id quod supra dixit Campanus: quasi q; discipuli in hoc uolumine oium difficilimo ingeniū habeant per acutum: pcedens theorema pauculis admodū uerbis exposuit: at non exposuit sed in tenebris reliquit: Correllarium quod ex hac demonstratione oritur non posuit: & postmodum quod peius est septimam: & octauam propositiones sub silentio ptermissit: quę quintæ & sextæ sunt conuersæ: id inq̄ græcæ docent lectiones.

¶ Theorema. v. propositio. vij. & quintae Conuersa.



In cōmensurabiles magnitudines adinuicem rationez non habent quam numerus ad numerum.

¶ Sint incōmensurabiles magnitudines. a. b. Dico q; a. ad. b. ratione nō habet quā numerus ad numerum. Si. n. habet. a. ad. b. eam ratione q numerus ad numerum. Cōmēsurabilis erit. a. ipsi. b. per. vi. x. non est autē. Igitur. a. ad. b. rationem non habet quam numerus ad numerū. Incōmensurabiles igitur magnitudines rationem non habent adinuicē quā numerus ad numerum: quod oportuit demonstrasse.

¶ Interpres.

¶ Si post hac lector humanissime numerū & ordinē propositionum eū nō esse qui apud Cāpanum cōperies: hoc scias obtigisse ob Campani defectum qui bina theoremata in spōgia reliquit. xvii. s. & octauum: nos qui sequuti sumus nudam & puram lectionem. sequuti sumus theonem: qui uero Campanum uolunt: eum sibi habeant: teneant: & perpetua beniuolentia suis nugis: & somniis sibi deuinciant.

¶ Theorema. vi. propositio. viij. & sexte Conuersa.



Si binae magnitudines adinuicem rationem non habuerint quam numerus ad numerum incōmēsurabiles erūt ipsae magnitudines.

¶ Binæ inq̄ magnitudines. ab. adinuicē non eā hēant rōnē: quā numerus ad numerū. Dico q; ipsę. ab. magnitudines sūt incōmēsurabiles. Si eni cōmēsurabilis est. a. ipsi. b. rōnē hēbit quā numerus ad numerū p. v. x. nō habet autē. Incōmensurabiles igitur sunt ipsæ. ab. magnitudines: si binæ igit magnitudines & quæ sequuntur reliqua: quod erat ostendendum.

¶ Theorema. vij. propositio. ix.



Longitudine cōmensurabilibus rectis lineis q̄drata ad inuicē rōnē hn̄t quā quadratus numerus ad quadratuz numerū: & q̄drata adinuicē rōnē hn̄tia quā q̄dratus nūerº ad q̄dratū nūerū: latera quoq; hēbūt lōgitudie cōmēsurabilia: Et lōgitudine vero icōmēsurabilibus rectis lineis q̄drata adiuicē rōnē

non habent quam quadratus numerus ad quadratuз numerũ. Et quadrata adinuicem rõnem non hñtia quã quadratus numerus ad quadratũ numerꝝ. neqꝫ latera hẽbũt lõgitudine cõmensurabilia.

¶ Sint.n.a.b.longitudine cõmensurabiles. Dico ꝙ quadratũ quod ex.a.ad id quod ex.b.quadratũ rationẽ habet.quã quadratus numerus ad quadratũ numerꝝ. Q m̃.n.cõmensurabilis est.a.ipsi.b.longitudine. Igitur.a.ad.b.rationem habet quã numerus ad numerꝝ per.v.x.habeat inq̃ quã.c.ad.d. Quoniã igitur est sicut.a.ad.b.sic est.c.numerus ad.d.numerũ. Sed ipsi⁹ qdem a.ad.b.rationis: dupla est ipsius.a.quadrati: ad ipsũ.b.quadratũ ratio. Similes nãqꝫ figuræ per.xix.sexti & per correlariũ primũ.xx.vi.in dupla sunt ratione similis rationis laterũ. Ipsius autẽ.c.numeri ad.d.numerũ rõnis: dupla ẽ ratio ipsius.c.quadrati ad ipsũ.d.quadratũ. Binorũ & enim quadratorũ numeroꝝ per.xi.octaui unus medius proportionalis est numerus. & quadrat⁹ ad quadratũ duplã rationẽ habet q̃ latus ad latus. est igitur sicut quadratum quod ex.a.ad quadratũ quod ex.b.sic qui ex.c.numero quadratus numer⁹ ad eũ qui ex.d.numero: quadratũ numerũ. Sed iam esto sicut quadratus qui ex.a.ad eũ qui ex.b.sic qui ex.c.quadratus ad eũ qui ex.d.quadratũ. Dico ꝙ a.ipsi.b.cõmensurabilis est lõgitudine. Q m̃.n.est sicut quadratus qui ex.a. ad eũ quadratũ qui ex.b.sic qui ex.c.quadratus ad eũ qui ex.d.quadratum. Sed ipsius quidẽ quadrati qui ex.a.ad eũ qui ex.b.dupla ratio ẽ ea q̃ est ipsi⁹. a.ad.b. Quadrati autẽ qui ex.c.numero ad eũ qui ex.d.numero quadratum per undecimam octaui ratio dupla est ea ratione quę est ipsius.c.numeri: ad ipsũ.d.numerũ. Est igitur sicut.a.ad.b.sic est.c.numerus ad.d.numerũ. Igitur.a ad.b.eam habet rationẽ quã.c.numerus ad.d.numerũ. Cõmensurabilis est igitur per sextã decimi.a.ipsi.b.longitudine. Sed iam incõmensurabilis esto.a.ipsi.b.longitudine. Dico ꝙ quadratum quod ex.a.ad quadratum quod ex.b.eã non habet rationẽ quã quadratus numerus ad quadratum numerum. Si eni quadratus qui ex.a.ad eũ quadratum qui ex.b.eã habet rationem quã numerus quadratus ad numerũ quadratũ: cõmensurabilis erit.a. ipsi.b.non est autẽ. Igitur quadratus qui ex.a.ad eũ quadratũ qui ex.b.per p̃cedentẽ eã non habet rationẽ quã quadratus numerus ad quadratũ numerum. Rursus quadratũ quod ex.a.ad id quadratũ quod ex.b.rationẽ non habeat quã numerus quadratus ad numerũ quadratũ. Dico ꝙ incommensurabilis est.a.ipsi.b.longitudine: si autẽ fuerit cõmensurabilis.a.ipsi.b.quadratũ quod ex.a.ad quadratũ quod ex.b.eã habebit rationẽ quã numerus quadratus ad numerũ quadratũ: non habet autẽ. Igitur cõmensurabilis non est.a. ipsi.b.lõgitudine incõmensurabilis igitur est.a.ipsi.b.longitudine A lõgitudine commensurabilibus igitur quadrata: & quę sequuntur reliqua quod demonstrasse oportuit.

¶ Correlarium.

¶ Et manifestũ est ex hiis ostensis ꝙ longitudine cõmensurabiles omnino sunt & potentia. quæ autẽ potentia: non omnino longitudine. si ex longitudi-

ne.si ex longitudine cōmensurabilibus rectis lineis quadrata ratione habent quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ.At q̄ ratione habent quā numerus ad numeꝝ cōmensurabilia sunt per.vi.x.Quare longitudine cōmensurabiles rectæ lineę:non solū longitudine sunt cōmensurabiles:sed & potētia.Rursus quoniā quæcunqꝫ quadrata adinuicē rationē habent:quam quadratus numerus ad quadratū numeꝝ:longitudine demonstrata sunt cōmēsurabilia:& potentia esse cōmensurabilia:quatenus quadrata habeant eam rationē quā quadratus numerus ad quadratū numerū.Quæcunqꝫ igitur q̄drata quæ rationē non habent quā quadratus numerus ad quadratū numerum:sed simpliciter quā aliquis alius numerus:ad numeꝝ: commēsurabilia sunt ipsa quadrata hoc est ipsæ rectæ lineæ ex quibus descripta sunt potētia non autē & longitudine.Quare longitudine quidē cōmensurabiles oīno & potentia. quæ autē potentia non omnino & longitudine.& nisi rationē habuerint quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ.Dico iā qꝫ & quæ longitudine incōmensurabiles non oīno & potentia:quandoquidē potentia cōmensurabiles:possunt rationē non habere quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ:& ob id potentia cōmensurabiles existentes:& sunt longitudine cōmensurabiles.Quare quæ longitudine incōmensurabiles:non omnino & potentia:sed longitudine existentes incōmensurabiles:possunt & potētia esse incōmensurabiles.Quæ autē potentia incōmensurabiles oīno & longitudine incōmensurabiles:si enim longitudine cōmēsurabiles fuerint: erūt quoqꝫ & potentia cōmensurabiles:supponuntur aūt & incōmēsurabiles qđ est absurdū:quæ igitur potentia incōmensurabiles:omnino & longitudine.

¶ Lemma.

¶ Ostensum aūt est in arithmeticis ex.xxviii.octaui:qꝫ similes plani numeri adinuicē ratione habēt quā quadratus numerus ad quadratū numerum: & qꝫ si bini numeri adinuicē ratione habuerint quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ similes sunt ipsi plani numeri:manifestū ex hiis qꝫ dissimiles plani numeri:hoc est latera proportionalia non habentes adinuicē rationem non habent quā quadratus numerus ad quadratū numeꝝ.Si eni habebunt:similes ipsi plani erunt:quod quidē non supponitur. Dissimiles igitur plani numeri adinuicem rationem non habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum.

¶ Aliter idem demonstrare.

¶ Quoniā.n.per.v.x. cōmēsurabilis ē.a.ipsi.b.ratione habet quā numerꝰ ad numeꝝ:habeat autē quā.c.ad.d.&.c.se ipsū multiplicās efficiat.e.ipsum autē.d.multiplicans efficiat ipsū.f.At.d.seipsū multiplicans afficiat ipsum.g. Quoniā igitur.c.se ipsū multiplicans ipsū efficit.e.at multiplicans ipsum.d. fecit ipsū.f.est igitur sicut.c.ad.d.hoc est sicut.a.ad.b.sic est.e.ad.f.Sed sicut a.ad.b.sic id quod fit ex.a.ad id quod fit sub ab.Est igitur sicut quod fit ex.a. ad id quod fit sub.ab.sic est.e.ad.f.Rursus quoniā.d.se ipsum multiplicans ipsum efficit.g.&.c.ipsum.d.multiplicans ipsum efficit.f.est igitur per.xi.v.

sicut.c.ad.d.hoc est.a.ad.b.sic est.f.ad.g.Sed sicut.a.ad.b.sic.est qđ fit sub.ab.ad id quod fit ex.b.est igitur sicut quod fit ex.ab.ad id quod fit ex.b.sic ē.f.ad.g.sed sicut quod ex.a.ad id quod ex.ab.sic erit.e.ad.f.ex æquali igiť per xxii.qnti sicut quod ex.a.ad id quod ex.b.sic est.e.ad.g.est autē uterq; ipsorum.eg quadratus.Sed.e.est ab ipso.c.at.g.est ab ipso.d.Quod igitur ex.a.ad id quod ex.b.eam habet ratiõem quam quadratus numerus ad quadratum numerum.quod oportebat:demonstrare.

Aliter idem demonstrare.

Sed habeat iam quod ex.a.ad id quod ex.b.eā rationem quā quadratus numerus.e.ad quadratum numerum.g.Dico q̄ cōmensurabilis est.a.ipsi.b. Sit inq̄ ipsius.e.latus.c.ipsius autem.g.sit.d.&.c.ipsum.d.multiplicans ipm efficiat.f.Ipsi igitur.efg.continue sunt proportionales in ea quæ est ipsius.c.ad.d.ratione per.xvii.&.xviii.septimi.Et qm̄ ipsoꝝ.ab.medium proportiōale est:hoc est.c.ipsoꝝ autē.eg.est.f.Est igitur sicut quod ex.a.ad id quod ex.ab.sic.e.ad.f.Sicut aūt quod sub.ab.ad id quod ex.b.sic.f.ad.g.Sed sicut qđ ex.a.ad id quod ex.ab.sic est.a.ad.b.Igitur.a.&.b.cōmēsurabiles sunt: rationem & enim habent quā numerus.e.ad numerum.f.hoc est.c.ad.d.sed sicut.c.ad.d.sic.e.ad.f.Nam.c.se ipm multiplicans ipm fecit.e.at multiplicans ipsum.d.conficit.f.est igitur sicut.c.ad.d.sic est.e.ad.f.

Problema.iij.propositio.x.

Propositae rectae lineae:binas rectas incōmensurabiles inuenire lineas:alteram quidem longitudine tantum:alteram autem & potentia.

Sit proposita recta linea.a.oportet iam ipsi.a.binas rectas lineas inuenire incōmensurabiles alterā quidē longitudine tantū: alteram aūt & potentia.Ponantur bini numeri.b.c.adinuicē rationē non habētes quam quadratus numerus ad quadratū numerum:hoc est non similes plani. Similes nanq; plani per.xxviii.octaui adinuicē rationem habent quam quadratus numerus ad quadratum numerū.& fiat per.xxvi.octaui sicut.b.ad.c.sic qđ ex.a.quadratum ad id quod ex.d.quadratū.Didicimus enim cōmensurabile esse id quod ex.a.ei quod ex.d.& qm̄.b.ad.c.rationem non habet quā quadratus numerus ad quadratum numeꝝ.neq; igitur quod ex.a.ad id quod ex d.rationem habet quā quadratus numerus ad quadratū numerum. incōmēsurabile igitur est per.ix.x.a.ipsi.d.longitudine.Capiatur per.xiii.sexti ipsarum.a.d.media proportiōalis.e.est igitur sicut.a.ad.d.sic quod ex.a.quadratum ad id quod ex.e.Incōmensurabilis autē est.a.ipsi.d.longitudine. Incommensurabile igitur est & id quod ex.a.quadratum ei quod ex.e.quadrato:incommensurabilis igitur est.a.ipsi.e.potentia. propositæ igitur rectæ lineę.a.Inuentæ sunt binæ rectæ lineę incommensurabiles.d.e.longitudine inquam tantum ipsa.d.at.e.potentia & longitudine.Propositæ igitur rectæ lineæ rationalia qua diximus mensuras capi:sicut est ipsi.a.inuenta tantum potentia commensurabilis.d.hoc est rationalis potentia tantum commensu-

ſurabilis. Irrationalis autem .e. irrationales enim in uniuerſum appellat lõgitudine & potentia ipſi rationali incommenſurabiles.

Interpres.

Campanus dum hoc loco ꝑuertit & cõmiſcet ordinẽ propoſitionũ hoc efficit ut coargui facillime poſſit dum efficit ut id quod Euclides in.x. poſuit propoſitione: illud ipſe in.xi. aſtruat: & poſtmodum deſcribat id quod in.xi. habet: in.x. ut ipẽ accutiſſimus mathematicus Euclides quandam tradere uideatur doctrinã quæ ex ſubſequentibus comprobetur: quod inquam apud ipſum Euclidẽ ſummũ eſt nephas: hæc nempe diſciplina a ſubſequentibus comprobari non poteſt: qm̃ ſubſequentia nondũ ſunt nota ſed ab hiis quæ nota ſunt: hoc eſt a precedentibus demonſtrationibus comprobatur. Si ordinem igitur Campanus tenuiſſet in hos tam rudes errores prolapſus ꝓculdubio non fuiſſet. eccum etiã in.x. ꝓpoſitione apud ipſum Cãpanũ: quõ poteſt ipſe Cãpanus loqui de lineis potẽtia cõmenſurabilibus: ſi non dum Euclides quomodo poſſit quantitas in potentia cõmenſurabilis inueniri docuit. Similiter etiã in calce primi uoluminis q̃rit gnomonis conſtructionem: & tamen Euclides quid ſit gnomon non oſtendit: niſi in diffinitionibus ſecũdi uoluminis: heus bone uir uis cõſtruere id quod nondũ noſti quid ſit.

Theorema. viii. propoſitio. xi.

SI quattuor magnitudines proportiõales fuerint: prima aut ſecundae fuerit cõmẽſurabilis: ⁊ tertia quartae commenſurabilis erit: ⁊ ſi prima ſecundae incõmẽſurabilis fuerit: ⁊ tertia quartae icõmẽſurabilis erit.

Sint quattuor magnitudines ꝓportionales. a. b. c. d. ſicut. a. ad. b. ſic. c. ad. d. Sit aũt. a. ipſi. b. cõmenſurabilis. Dico ꝙ & .c. ipſi. d. eſt commenſurabilis. Quoniã. n. commenſurabilis eſt. a. ipſi. b. rationẽ habet per. v. x. quã numerus ad numeꝝ. Eſtq; ſicut. a. ad. b. ſic. c. ad. d. Igitur & .c. ad. d. eã habet rationem quã numerus ad numerũ. Commẽſurabilis igitur eſt. c. ipſi. d. Sed iam. a. ipſi. b. incommenſurabilis eſto. Dico ꝙ & .c. ipſi. d. eſt incommenſurabilis. Quoniã. n. incommenſurabilis eſt. a. ipſi. b. Igitur per. vii. x. a. ad. b. eam nõ habet rationem quam numerus ad numerum: & eſt ſicut. a. ad. b. ſic. c. ad. d. Igitur per. viii. x. c. ad. d. eam non habet rationem quã numerus ad numerũ Incommenſurabilis eſt igitur. c. ipſi. d. Si quattuor igitur magnitudines: & quæ ſequuntur reliqua: quod oportuit demonſtraſſe.


Theorema. ix. propoſitio. xij.

QUae eidem magnitudini cõmenſurabiles: ⁊ adinuicem ſunt commenſurabiles.

Vtraq; enim ipſarum. ab. ipſi. c. ſit cõmenſurabilis. Dico ꝙ & .a. ipſi. b. eſt cõmenſurabilis. Quoniã. n. cõmenſurabilis eſt. a ipſi. c. Igitur per. v. x. a. ad. c. eam habet rationẽ quam numerus ad numerũ habeat quam. d. ad. e. Rurſus qm̃ cõmenſurabilis eſt. c. ipſi. b. Igitur per eandem. c. ad. b. eã hẽt rõnem quam numerus ad numerum. habeat aũt quã. f.




ad.g.& rationibus datis quibuscuq;:ea.f.quā habet.d.ad.e.&.f.ad.g. Capiātur per.iiii.octaui uel.xxxv.septimi numeri continue proportionales in datis rationibus:sintq;.hkl.Q m̄ est sicut.d.ad.e.sic est.h.ad.k.sicutq;.f.ad.g.sic.k.ad.l.Q m̄ igitur est sicut.a.ad.e.sic.d.ad.e.sed sicut.d.ad.e.sic.h.ad.k.est igitur per.xi.quinti sicut.a.ad.e.sic est.h.ad.k.Rursus q̄m ē sicut.e.ad.b.sic.f.ad.g.sed sicut.f.ad.g.sic.k.ad.l.& sicut igitur.e.ad.b.sic.k.ad.l.est autē & sicut.a.ad.e.sic est.h.ad.k.ex æquali igitur per.xxii.v.est sicut.a.ad.b.sic ē.h.ad.l.Igitur per.vi.x.a.ad.b.rōnē habet quā numerus.h.ad.numerū.l.Cōmēsurabilis est igitur.a.ipsi.b.Q uæ eidē igitur magnitudini cōmensurabiles & adinuicem sunt cōmēsurabiles.quod oportuit demonstrasse.



Lemma.


Si fuerint binae magnitudines:& altera quidem commēsurabilis:fuerit eidem:altera vero incommensurabilis.in commensurabiles erunt ipsae magnitudines.

Sint enim binæ magnitudines.a.b.&.alia quidē.c.&.a.ipsi quidem.c.esto cōmēsurabilis.At.b.ipsi.c.esto incōmēsurabilis.Dico q;.&.a.ipsi.b.est incōmēsurabilis.Si eni cōmensurabilis est.a.ipsi.b.est quoq; p.xii.x.& c.ipsi.a.&.c.igit̄ ipsi.b.est cōmensurabilis:quod non supponitur.




Theorema.x.propositio.xiij.

Si binae magnitudines cōmensurabiles fuerint: altera quarum magnitudini alicui incommensurabilis fuerit:& reliqua eidem incommensurabilis erit.



Sint binæ magnitudines commensurabiles.a.b.earūq; altera uidelicet.a.alicui hoc est.c.sit incōmēsurabilis.Dico q;.& reliqua.b.ipsi.c.incōmensurabilis est.Si enim cōmensurabilis est.b.ipsi.c.iam.a.ipsi.b.commensurabilis est:&.a.igitur per.xii.x.ipsi.c.cōmēsurabilis est.quod est Impossibile.Igitur.b.&.c.sunt incōmensurabiles.Si binæ igit̄ magnitudines commensurabiles fuerint:& quæ sequuntur reliqua quod erat ostendendum.



Interpres.


Precedens theorema in interpretatione Campani deest.sicut legentibus euidentissime patet.



Lemma.

Duabus datis rectis lineis inaequalibus:inuenire cui magis potest maior minore.

Sint binæ datæ inæquales rectæ lineæ.ab.c.quarū maior sit.ab.oportet iam inuenire cui maius.ab.possit ipsa.c.Describatur super.ab.semicirculus.adb.& in ipso per primā quarti coaptetur ipsi.c.æqualis.ad.Connectaturq;.d.b.manifestū est iam q; angulus.adb.rectus est.&.q;.ab.ipsa.ad.hoc est ipsa.c.maius potest ipsi.db.Similiter autē & duabus datis rectis lineis potens ipsas sic iuenietur.Sint datæ binæ rectæ lineæ.ad.db.oporteatq; inuenire potentem ipsas:ponatur enim ut.ad.db.comprehēdāt rectum angulum.Connectaturq;.ab.manifestum rursus est per.xxxxvii.



primi est ipsa.ab.


¶ Interpres.

¶ Propositionē.xiiii.Cāpanus litterarū græcarū prorsus ignarus in.xii.posuit.lēma que precedens quod sententiā sapit.xiii.propositionis intermiscuit inseruitq; in.xiiii.propositione:& sic oia interturbando uolutim efficit ut in eius interpretatione nec pes:nec caput uni redatur formę.uult eni id qđ nō intelligit iterpretari: & nō interpretatur sed suis nugis obcęcat & fœdat.

¶ Theorema.xi.propositio.xiv.



Si quattuor rectae lineae propoṙtiōales fuerīt:potuerītq; prima secūda maius eo quod fit ab eidē lōgitudine cōmēsurabili:ꝛ tertia quarta maius poterit eo quod fit ab eidē lōgitudine cōmensurabili:ꝛ si prima secūda maius potuerit eo qđ fit ab incōmēsurabili eidē lōgitudie:ꝛ tertia q̄rta maius poterit eo qđ fit ab eidem longitudine incōmensurabili.



¶ Sint quattuor rectę lineę proportionales.a.b.c.d.sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.&.a.quidē ipsa.b.maius possit q̄ id quod fit ex.f.Dico q; si.a.ipsi.e.est cōmēsurabilis:cōmensurabilis est quoq;.c.ipsi.f. Sed si.a.ipsi.e.incōmensurabilis est:incōmensurabilis est quoq;.c.ipsi.f.Q m̄.n.est sicut.a.ad.b.sic est.c.ad.d.est igitur sicut id quod ex.a.ad id quod ex.b.sic ē id quod ex.c.ad id quod ex.d.Sed ei quidē quod fit ex.a.æqua sunt ea quæ fiunt ex.eb.ei autē quod fit ex.c.æqua sunt ea quæ fiunt ex.df.Igitur per.xvii.quinti sicut quæ ex.eb.ad id quod ex.b.sic quę ex.df.ad id quod ex.d.Manifestum igitur est q; sicut quod ex.e.ad id quod ex.b.sic est id quod ex.f.ad id quod fit ex.d. Est igitur & sicut.e.ad.b.sic est.f.ad.d.Conuersim igitur est per.xxii.sexti:& correlarium quartę.v.sicut.b.ad.e.sic est.d.ad.f.est autē & sicut.a.ad.b.sic est.c.ad.d.ex æquali igitur per.xxii.quinti est sicut.a.ad.e.sic est.c.ad.f.Si igitur commensurabilis est.a.ipsi.e.cōmensurabilis est quoq; per.xi.x.c.ipsi.f.si uero icōmēsurabilis est.a.ipsi.e.incōmensurabilis ē.c.ipsi.f.Si quattuor igiť rectę lineę proportionales:& quæ sequuntur reliqua:qđ erat demonstrandum.

¶ Theorema.xij.propositio.xv.



Si binae magnitudines cōmensurabiles compositae fuerint:ꝛ tota vtriq; ipsarum commensurabilis erit:ꝛ si tota vni earum cōmensurabilis fuerit:ꝛ quae in principio magnitudines cōmensurabiles erunt.



¶ Componantur binæ magnitudines cōmensurabiles.ab.bc.Dico q; tota.ac.utriq; ipsarū.ab.bc.cōmensurabilis est.Q m̄ enim cōmensurabiles sunt ipsæ.ab.bc.ipsas aliqua magnitudo metietur per primā diffinitionē.x.metiatur & sit.d.Q uoniā igitur.d.ipsas.ab.bc metitur:& totum.ac.metietur:metitur autē & ipsas.ab.bc.igitur.d.ipsas.ab.bc.&.ac.metitur.Cōmensurabilis igitur est per.xii.x.ac.utriq; ipsarū.ab.bc.Sed iā.ac.uni ipsarū ab.bc.sit cōmensurabilis:sitq; ipsi.ab. Dico q;.ab.bc.cōmensurabiles sunt.Q uoniam.n.cōmensurabiles sunt.ab.&.ac.metietur eas per primā diffini-

tionem.x.aliqua magnitudo:metiatur & esto.d.Q m̃ igit̃.d.ipsas.ac.&.ab. metitur:& reliquã igitur metietur.bc.metitur autẽ &.ab.igitur.d.ipsas.ab. bc.metietur.Cõmensurabiles igitur sunt.ab.&.bc.Si binæ igitur magnitudines:& reliqua quæ sequuntur.quod oportebat demonstrare.


¶ Interpres.

¶ Theorema præcedens in Cãpani interpretatione neutiq̃ inuenitur.

¶ Theorema.xiij.propositio.xvi.præcedentis conuersa.



Si binae magnitudines incõmensurabiles cõpositae fuerint:& tota vtriq ipsarum incõmensurabilis erit:& si tota vni ipsarum incommẽsurabilis fuerit:& quae in principio magnitudines incommensurabiles erunt.



¶ Componantur.n.binę magnitudines incõmẽsurabiles.ab.bc.Dico q̃ tota.ac.utriq̃ ipsarũ.ab.bc.incõmẽsurabilis est.Si.n.ca.&.ab.icõmẽsurabiles nõ sũt:ipsas aliq̃ metiet̃ magnitudo:p.i.diffinitionẽ.x.metiat̃ si est possibile sitq̃.d.Q m̃ igitur.d.ipsas.ca.&.ab.metit̃:& reliquã.b.metiet̃:metitur:aũt &.ab.igitur.d.ipsas.ab.&.bc.metietur.Cõmensurabiles igitur per primam diffinitionẽ.x.sunt ipsæ.ab.bc. Suponuntur autẽ q̃ & incõmẽsurabiles qd' est ipossibile.Ipsas igitur.ab.&.ca.aliqua magnitudo non metietur.Incõmẽsurabiles igitur sunt ipsæ.ca.&.ab.Similiter iã demonstrabimus q̃ & ipsæ. ac.&.cb.incõmensurabiles sunt.Sed iã ipsa.ac.uni ipsarũ.ab.&.bc.incõmẽsurabilis esto:& primũ ipsi.ab.Dico q̃ & ipsę.ab.bc.icõmensurabiles sunt. Si eni sunt cõmensurabiles metietur eas aliqua magnitudo per eandẽ:metiatur:sitq̃.d.Q m̃ igitur.d.ipsas.ab.&.bc.metitur: & totã igitur.ac.metietur: metitur autẽ &.ab.Igitur.d.ipsas.ca.&.ab.metitur. Cõmensurabiles igitur sunt ipsæ.ca.&.ab.Suppositæ uero sunt q̃ & in cõmensurabiles quod ẽ impossibile.ipsas igitur.ab.&.bc.aliqua magnitudo non metietur.Incõmensurabiles igitur sunt ipsæ.ab.&.bc.Similiter iã demonstrabitur q̃ ipsa.ac.reliquæ.bc.incõmensurabilis est.Si binæ igitur magnitudines:& quæ sequuntur reliqua:quod erat ostendendum.

¶ Lemma.

¶ Si ad aliquam rectam lineam comparetur parallelogrãmũ specie defficiens a quadrato:cõparatum aequum est ei quod fit sub cõparatione factorum segmentorũ ipsius rectae lineae.

¶ Ad aliquã rectã lineã.ab.cõparetur parallelogrãmũ.ad.deficiens specie a quadrato.db.Dico q̃.ad.æquũ est ei quod fit sub.ac.cb.& ex se ipse manifestum est.Q m̃.n.quadratũ est.db.æqualis est.dc.ipsi.cb.&.ad.est quod fit sub.ac.cd.hoc est quod fit sub.ac.&.cb.Si ad aliquã igitur rectã lineam: & q̃ sequuntur reliqua:quod fuerat demonstrandum.

¶ Theorema.xiv.propositio.xvij.




Si fuerint binae rectae lineae inaequales:quartae autẽ parti eius quod ex minori aequũ maiori cõparatũ fuerit deficiẽs specie a quadrato:& in cõmẽsurabilia ipsaꝫ diuise/

rit longitudine: maior minore maius poterit eo quod fit ex sibi lõgitudine cõmensurabili: τ si maior minore maius poterit eo quod fit a sibi cõmensurabili lõgitudine: quartae vero parti eius quod a minori aequale maiori cõparatũ deficiens specie a quadrato τ in cõmẽsurabilia longitudine ipsam distribuet.

¶ Sint binæ rectę lineę inęquales.a.&.bc.quarũ maior sit.bc.q̃rtę uero parti eius quod fit ex minore ipsa.a.hoc est ex dimidio ipsius.a.æquũ ad ipsum bc.cõparetur per.xxviii.vi.defficiens specie.a.□ sitq; quod fit sub.bd.&.dc cõmensurabilis aũt esto per hypothesim.bd.ipsi.dc.lõgitudine.Dico q̃.bc. ipsa.a.maius potest eo quod fit a sibi longitudine cõmensurabili. Secetur.n. per.x.primi.bc.bifariã in signo.e.ponaturq; per.ii.primi ipsi.de.æq̃lis.ef.Reliqua igitur.dc.æqualis est ipsi.bf.Et qm̃ recta linea.bc.secatur in æqualia i signo.e.& in inæqualia in.d.igitur per.v.secundi quod sub.bd.&.dc.cõprehẽditur rectangulũ: una cũ eo quod fit ex.ed.□ æquũ est ei quod fit ex.ec.□ & ipa quadruplicata.Quatter igitur quod sub.bd.&.dc.una cũ eo quod fit ex.ed.sũpto æquũ est ei quod fit ex quater sũpto.ec.□.Sed ei quidẽ quod fit quatter sub.bd.&.dc.æquũ est id quod fit ex.a.quatter sũptũ □: ei autẽ quod ex.de.quatter sũpto: ęquũ est id quod fit ex.df.Dupla eni est.df.ipsius de.ei aũt quod fit ex.ec.quatter sũpto: æquũ est id quod fit ex.bc.□.Dupla eni rursus est.bc.ad ipsã.ce.Quæ igitur ex.a.&.df.□□ æqualia sunt ei q̃d fit ex.bc.□.Quare id quod ex.bc.fit eo quod fit ex.a.maius est eo quod fit ex.df.Igitur per.xv.x.bc.ipsa.a.maius potest ipsa.df.Ostendendũ q̃ & cõmensurabilis est.bc.ipsi.df.Quoniã eni cõmensurabilis est.bd.ipsi.dc.lõgitudine.Cõmensurabilis igitur est p.xii.x.&.bc.ipsi.dc.longitudine.Sed.cd. ipsis.cd.&.bf.cõmensurabilis est longitudine: ęqualis est.cd.ipi.bf.&.bc. igitur ipsis.bf.&.cd.longitudine cõmensurabilis est.Igitur.bc.ipsa.a.maius potest eo quod fit a sibi cõmensurabili.Quartęque eius quod fit ex.a.ad ipsum bc.cõparetur defficiens specie a □.Sitq; quod fit sub.bd.&.dc.demonstrabile est q̃ cõmensurabilis est.bd.ipsi.dc.longitudine.eisdẽ nãq; dispositis similiter ostendemus q̃.bc.ipsa.a.maius potest eo quod fit ex.fd.potest autẽ. bc.ipsa.a.maius eo quod fit ex sibi cõmensurabili.Cõmensurabilis igitur est bc.ipsi.fd.longitudine. Quare & reliqua utriq; ipsarũ.bf.&.cd.Cõmẽsurabilis est longitudine: æqualis igitur est.bf.ipsi.dc.&.bc.igitur cõmensurabilis est ipsi.cd.Manifeste igitur.bd.ipsi.dc.ẽ cõmẽsurabilis lõgitudine Si fuerint igitur binæ magnitudines inęquales & reliqua: quod erat ostendendũ.

¶ Interpres.

¶ Precedens theorema Cãpanus adeo inscite interpretatus est: ut plura p̃termisserit sicut græcę lectiones ostendunt.



¶ Theorema.xv.propositio.xviii.τ p̃cedẽtis conuersa.

Si fuerint binae rectae lineae iaequales: quartae aũt parti eius quod fit ex minore aequũ ad maiorẽ cõparetur deficiens specie a quadrato: τ per incõmensurabilia ipsam

diuiserit longitudine:maior minore malius potest eo quod fit ex sibi incōmēsurabili lōgitudine:& si maior minore maius potuerit eo qđ fit ex sibi incōmēsurabili:quartae autē ipsius qđ fit ex minore aequū ad maiorem cōparatum fuerit deficiens specie a quadrato:i incōmēsurabilia sibi longitudine ipsam dispescit.

b f e d c


¶ Sint binæ rectę lineę inæquales.a.&.bc.quarū maior sit.bc.Quartę autē parti eius quod fit ex.a.ad ipsā.bc.æquale cōparetur defficiēs specie a □:sit q̧ quod fit sub.bd.&.dc.Incōmensurabilis autē esto.bd.ipsi.dc.Dico q̧.bc.ipsa.a.maius potest eo quod fit a sibi incōmensurabili. Ipsis nāq; dispositis priori similiter demonstrabimus q̧.bc.ipsa.a.maius potest eo quod fit ex.fd. Demonstrandū igitur q̧ incōmensurabilis est.bc.ipsi.df.Q m.n.incōmēsurabilis est.bd.ipsi.dc.Incōmensurabilis igitur est per.xvi.x.bc.ipsi.cd.longitudine.Sed ipsa.dc.cōmensurabilis est utriq; &.bf.&.dc.&.bc.igitur per pcedentē ipsis.bf.&.dc.incōmensurabilis ē:& perinde per.xvi.x.& reliquæ fd.incōmensurabilis est.bc.longitudine.Et.be.ipsa.a.maius potest eo qđ fit ex.fd.Igitur.bc.maius potest ipsa.a.eo quod fit ex.fd. Igitur per lemma.xii. uel quia.bf.ipsi.dc.est æqualis.bc.maius potest eo quod fit a sibi cōmensurabili.Possit iā rursus.bc.maius q̄.a.eo quod fit a sibi cōmensurabili:quartę autem parti eius quod fit ex.a.æquale ad ipsam.bc.cōparetur defficiens specie a □:& esto id quod fit sub.bd.&.dc.Demonstrandū q̧ incōmensurabilis ē bd.ipsi.dc.longitudine:eisdē nāq; dispositis similiter demonstrabimus.q̧.bc ipsa.a.maius potest eo quod fit ex.fd.Sed iam p hypothesim.bc.ipsa.a.maius possit eo quod a sibi fit cōmensurabili.Incōmensurabilis est igitur.bc.ipi fd.longitudine.Quare per.xvi.x.& reliquæ.bf.&.dc.utriq; incōmensurabilis est.bc. Sed utraq;.bf.&.dc.ipsi.dc.cōmensurabilis est longitudine. Igit per.xiii.x.bc.ipsi.dc.cōmensurabilis est longitudine:quare &.bd.ipsi.dc.incōmensurabilis est longitudine.Si binæ igitur rectæ lineę & reliqua quæ sequuntur quod erat demonstrandum.Quoniam ostensum est q̧ quæ longitudine cōmensurabiles omnino etiā potentia sunt cōmēsurabiles: quæ autē potentia non oīno etiā longitudine. Verūtamē possunt & longitudine cōmēsurabiles esse:& incōmensurabiles.Manifestū q̧ si positæ rationali cōmēsurabilis aliqua fuerit longitudine:rationalis appellatur & ei cōmensurabilis nō solū longitudine.uerū & potentia:quæ enī longitudine cōmensurabiles omnino etiā & potentia.Si autē positæ rationali cōmensurabilis aliqua fuerit potentia:ea quidē & longitudine.Dicitur & sic rationalis & ei cōmēsurabilis lōgitudine & potentia.Quæ uero expositæ rursus rationali commensurabilis existens potentia:longitudine fuerit ei cōmensurabilis.Dicitur sic rationalis potentia tantū cōmensurabilis.Rationales enim appellat expositæ rationali longitudine & potentia cōmensurabiles:aut & potentia tantū:Sunt aūt alię quoq; rectę lineę quæ longitudine incōmensurabiles sunt expositæ rationali potentia uero tantū cōmensurabiles:& id ppterea rursus appellantur rationales cōmensurabiles adinuicē quatenus rationales.Sed cōmensurabiles ad

inuicem non solum longitudine uerumtamen & potentia. uel potentia tantū & si longitudine quidem:& ipsæ rationales longitudine cōmensurabiles: audito ꝙ & potentia:si uero potentia tantum adinuicem sunt cōmensurabiles. Appellantur autem & ipsæ potentia tantum cōmensurabiles.ꝙ autem rationales cōmēsurabiles sunt:hinc certum est.Q uoniā enim rōnales sunt quæ expositæ rōnali sunt cōmensurabiles.quæ uero eidē cōmensurabiles:& adiuicē sunt cōmensurabiles per.xii.x.quæ rōnales igit̄: sunt cōmensurabiles.

¶ Theorema.xvi.propositio.xix.



Sub rationalibus longitudine commensurabilibus rectis lineis:iuxta aliquem prædictorum modorum cōprehensum rectangulum rationale est.



¶ Sub rationalibus.n.longitudine commensurabilibus rectis lineis.ab.&.bc.rectangulum comprehendatur.ac.Dico ꝙ.ac.rationale est. Describatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.ad.rationale igitur est.ad.& quoniam cōmensurabilis est.ab.ipsi.bc.longitudine.æqualis autē est.ab.ipsi.bd.cōmensurabilis est igitur.bd.ipsi.bc.longitudine.estq; sicut. bd.ad.bc.sic est.da.ad.ac.rationale autem.da.rationale igitur per.xi.x.est & ac.Q uod sub rationalibus commensurabilibus igitur longitudine & reliqua:quod oportuit ostendisse.

¶ Interpres.

¶ Omnium quidem elementorū uoluminum Euclidis proculdubio decimum uolumen difficillimū est terminos nāq; abstrusos ac sensus nimis recōditos habet. Vnde par fuit ut insulsus Campanus uolumen huiusmodi corruptius.inuolutius ac peruersius interpretaretur.si enim in pcedentibus uoluminibus & quidem hoc.x.longe facilioribus tot errores quot in eis uidenē cōmissit.maiores certe in hoc eis esse censendum est.Q uod enim latissime patet.in primis & enim Campanus proprium terminorū significatū nō obseruat.quibus in hoc uolumine utitur Euclides nam id quod Euclides symmetron.& asymmetron appellat.a latinis non communicans.& non cōmunicans ut delirus Campanus interpretatur.appellatur aut dicitur.sed dicitur commensurabile.& incommensurabile.nomina nāq; hmōi sunt composita syn nanq; cum sonat & μετρουμαι metior latine dicitur.sic asymmetron ab a particula priuatiua & σὺν ac μετρον.hoc est incōmensurabile.Nec est ꝙ Campanus hoc subtersugio se tueatur ut dicat.Nec uerbū uerbo curabis reddere fidus īterpres.ut in poeticis nos flaccus docuit Horatius. Nā id quod uult Horatius obseruandum est.Cum latina lingua quæ angusta & pauperrima est ad latissimam & sublimem græcorum facundiam aspirare non potest:sepe et enim apud græcos nomina & uerba repperiūtur.quę nullo proprio uerbo aut nomine latino possunt interpretari.& tunc illud Horatianum obseruare necesse est. Verum longe secus agendum est.cum apud latinos nomina & uerba hēmus ꝓpria qbus quid græca sonēt possumus exprimere.ut hoc loco.& aliis pluribus in locis apud Euclidem.Propria igitur

terminorũ huiuſmodi ſignificantia nõ ſeruata qui theorematũ & ꝓblematũ ſenſus altiſſimos & ſublimes huius decimi uolũinis cõplectũt' ipa theoremata & problemata rectæ interpretari penitus eſt impoſſibile. præterea Campanus ipſa theoremata & problemata tam inuolute & barbare iterpretatur: ut in fœdiſſimos crebro decidat ſolœciſmos: quo quid ſpurcius? quid fœdius? quid lutuoſius? unde illud inſurgit ꝙ ſenſus poſtmodum Euclidis hiis ſcythicis & uandalicis ſpurciciis obſiti intelligi nequeant. in interpretatione Campani nulla ſtructura: nullus ordo apparet: & adeo ut unde ſit incipiendũ neſcias. De ellegãtia nihil eſt quod dicam nam ubi nulla ſtructura: ubi uocabula apud Tanaim: aut ab extremis indis ut arbitror inuẽta quæ neſcio quid rãcidum: & male olens eiectant: nulla eſſe poteſt ellegantia. Sed eccum pari in ſcitia & inſania ductæ non nullæ belluæ quæ peripateticorũ diſciplinas interpretari conatæ ſunt inſurrexerunt: dicentes in hiis diſciplinis ſe non poſſe ellegantia Romanoq; ſermone uti: quippe quoniã tam ardua ſunt ea quæ ab Ariſtotele traduntur tam in organo q̃ in naturalibus: & tranſnaturalibus: ut nulla aſſerant ſe de illis ellegantia aut exquiſito ſermone: ſiue etiam culta elloqutione diſſerere ceperuntq; uti neſcio quibus uocabulis fœdis: lutulẽtis: & beluoſis: ut eos non pudeat proferre hæc deliramenta. ſ. hæccitas: quidditas: realitas: entitas. materialitas: & multas alias laruas: & iſanias. uide obſecro qd ætas noſtra patitur: ut tantus auctor Ariſtoteles: qui optimus finis interpretatur & qui apud græcos ſumma elloquentia loquitur: ab hiis belluis: quę ac cõmodatius operi ruſticano inſeruirent reſcindatur: & poluatur quod nempe ab hiis fit qui cum prima principia ignorent: ad ſublimiora tranſcendere curant ſpero tamen fore ut. Themeſtius. Alexander. Ammonius: & Ioãnes grãmaticus Ariſtotelis interpretes preclariſſimi cum e græcia ad nos migrauerint: huiuſmodi fœdam barbariem cõculcent. Ab illis ortam quibus optime eſſet conſultũ ſi uolumina Ariſtotelis intacta relinquerent eis qui totam ætatem iam conſumpſerunt quo ſibi bonas litteras cõpararent: Ecce uideas quoq; non nullos pr̃es pari ductos errore. qui curãt ut filii dialecticæ. & phyſicæ ſtudeant. cum illi prima grãmatices rudimẽta uix tetigerint. immo uix ultra primas litteras ſint progreſſi. & ſic ignorantes logicæ ſtudiis ſe dedunt & inde ignorantiores phyſiologię diſciplinam quærunt. demum ignorantiſſimi ad alias tendunt diſciplinas. & tãdem grãmaticam. dialectam. & oẽs alias diſciplinas ignorãt uno ſe planiſſime: ſed de hiis ſatis. unde diſceſſimus reuertamur. Igitur Campanus nihil ꝓtermiſſit quo efficeret ut iterpretatio ſua eſſet ſcotina hoc eſt tenebroſa. non aduertens bonus uir. & quemadmodũ crebro diximus ꝙ id obſeruauit Euclides. ut demonſtratio antecedens ſubſequentem apperiat. pręcedens theorema. & ſubſequens tam problema q̃ lemma ꝓtermiſſit. quibus ſubſequentes demonſtrationes cõprobantur. ruit igitur tota huius. x. interꝓtatio Campani. quod legẽtes facillime uidere poterunt, ſi eos græcam lectionem uidere non pœnituerit.

¶ Theorema.xvij.propositio.xx.



Irationale ad rationalem comparatum fuerit latitudinem efficit rationalem: cõmensurabilem que ei ad quam comparatur longitudine.

¶ Rõnale.n.ac.ad rõnale iuxta aliquẽ pdictorũ modorũ.ab.cõparetur: latitudinem efficiens.bc. Dico q rationalis est.bc.& cõmensurabilis ipsi.ba.longitudine. Describatur enim per.xlvi.ex.ab.quadratum.ad. Rationale igitur est.ad.rationale autẽ &.ac.cõmẽsurabile igitur per diffinitionem x.est.da.ipsi.ac. Estq; sicut.da.ad.ac.sic est.db.ad.bc. Cõmensurabilis igitur est per conuersionem diffinitionis.db.ipsi.bc.æqualis autem est.db.ipsi.ba. Cõmensurabilis igitur est.ab.ipsi.bc. Rationalis autem est.ab.rationalis igitur est per.xi.x.&.bc.& cõmensurabilis ipsi.ba.lõgitudine. Si rõnale igit ad rõnale cõparatũ fuerit: & quæ sequuntur reliqua: qd' erat ostendendum.



¶ Lemma.

¶ Potens irrationalem aream irrationalis est.

¶ Possit enim.a.irrationalem aream hoc est id quod fit ex.a.quadratũ æquale irrationali areæ. Dico q.a.irrationalis est: si enim est rationale.a.erit rationale quoq; id quod ex.a.quadratum.sic eni in diffinitionibus: non est aũt. Irrationalis igitur est.a.potens irrationalẽ igit & reliqua quod erat oñdendum.



¶ Theorema.xiix.propositio.xxi.



Sub rationalibus potentia tantum cõmensurabilibus rectis lineis cõprehensum rectangulum irrationale est: illudq; potens irrationalis est: voceturq; media.

¶ Sub rationalibus enim potentia tantum cõmensurabilibus rectis lineis.ab.&.bc.comprehendatur rectangulum.ac. Dico q.ac.irrationale est: potensq; illud irrationalis est: & media appellatur. describatur enim per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.ad. Et quoniã incõmensurabilis est.ab.ipsi.bc.longitudine: potentia nanq; tantum supponuntur cõmensurabiles.æqualis autem est.ab.ipsi.bd. Incõmensurabilis igitur est &.db.ipsi.bc.longitudine.estq; sicut.db.ad.bc.sic est.ad.ad.ac. Incõmẽsurabilis igitur est per.xi.x.da.ipsi.ac. Rationale autem est.da.irrationale igitur est.ac. Quare & ipsum potens.ac.hoc est potens æquale ei quadratum irratiõalis est: uoceturq; media.eo quia ex ipsa quadratum æquale ẽ ei quod fit.ab.bc.& eo quia ipsa media per conuersionem.xvii.sexti proportionalis est ipsis.ab.&.bc. Sub rationalibus potentia tantum & reliqua: quod oportuit demonstrasse.



¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Campanus posuit in.xxiii.propositione: & si apud græcos in.xxi.repperiatur: sic semper efficit Campanus: aut propositiones p postere ponit: aut peruerse interpretatur: aut eas ptermittit: & aliquas astruit nugas quæ in codicibus græcis neutiq repperiuntur.

¶ Lemma.

¶ Si fuerint binae rectae lineae: est sicut prima ad secundam sic qd fit a prima ad id quod sub duabus rectis lineis.



¶ Sint binę rectę lineę.fe.eg.Dico q eſt ſicut.fe.ad.eg.ſic ē quod ex.fe.ad id quod ſub.fe.&.eg. Deſcribatur enim per.xlvi.primi ex.fe.quadratū.df. Compleaturq.dg.Quoniam igitur eſt ſicut.fe.ad.eg.ſic eſt.fd.ad.fg.& eſt quidem.fd.id quod fit ex.fe.at.fg.iam id eſt quod ſub.de.&.eg.hoc eſt qđ ſub.fe.&.eg.eſt igitur ſicut.fe.ad.eg.ſic quod ex.fe.ad id quod ſub.fe.&.eg. ſimiliter quoq & ſicut quod ſub.ge.&.ef.ad id quod ex.ef.hoc eſt ſicut.gd. ad.df.ſic.eg.ad.ef.

¶ Interpres.

¶ Praecedens lemma Campanus ꝑtermiſſit:& grauiſſime errauit nā ex ipo lemmate ſubſequens propoſitio.xxii.comprobatur.

¶ Theorema.xix.propoſitio.xxii.



Medía ad rationalem comparata latitudo efficit rationalem: & ei incommenſurabilem ad quam comparatur longitudíne.

¶ Sit per.xxi.x.media quidem.a.rationalis autem.cb.& ei quidem quae fit ex.a.aequa ad.bc.cōparetur per.xlv.primi area rectangula.bd. latitudinem efficiens.cd.Dico q rationalis eſt.cd.& incommenſurabilis ipſi. cb.longitudíne.Quoniam per.xxi.x.a.media eſt:aream poteſt comprehenſam ſub rationalibus potentia tantum cōmenſurabilibus.poſſit autē.gf.poteſt autem &.bd.aequalis igitur eſt.bd.ipſi.gf.eſt autem & ei aequiangula: aequalium enim & aequiangulorum parallelogrāmorum per.xiiii.vi. reciproca ſunt latera quae circum aequales angulos.proportiōalis igitur eſt per.xxii. ſexti ſicut.bc.ad.eg.ſic.ef.ad.cd.eſt igitur & ſicut id quod ex.bc.ad id quod ex.eg.ſic eſt id quod ex.ef.ad id quod ex.cd.Cōmenſurabilis igitur eſt p hypotheſim quae ex.bc.ei quę ex.eg.Rationalis enim eſt utraq ipſarum. Commenſurabilis igitur eſt per.xi.x.& quae ex.ef.ei quae ex.cd.Rationalis autem eſt quae ex.ef.rationalis igitur & quae ex.cd.rationalis igitur eſt.cd.& quoniā incōmenſurabilis eſt.ef.ipſi.eg.longitudíne potentia enim tantum ſunt cōmenſurabiles ex cōſtructione.Sicut autem.ef.ad.eg.ſic per lēma precedēs. quod ex.ef.ad id quod ſub.ef.&.eg.Incōmenſurabilis igitur eſt per diffinitionem quae fit ex.ef.ei quae ſub.fe.&.eg.Sed ei quidem quae fit ex.ef.cōmenſurabilis eſt ea quae fit ex.cd.rationales enim ſunt potentia:quę autem ex.fe. &.eg.fit incōmenſurabilibus:&quae ſub.dc.&.cb.aequalia ſunt ei quae ex.a. Incōmenſurabilis igitur ē per.xiii.x.& quomodo aduerte.quae ex.cd.ei quę ex.dc.&.cb.Sicut quae ex.cd.ad eam quae ex.dc.&.cb.ſic per lēma ꝑcedēs eſt.dc.ad.cb.Incommenſurabilis igitur eſt.dc. ipſi.cb.longitudíne.rationalis igitur eſt.cd.& ipſi.cb.longitudine incōmenſurabilis quod erat oñdēdū.

¶ Interpres.

¶ Lector hūaniſſime ſi diligenter uolueris aduertere hic oīa cōſpicies a cāpa.fuiſſe inuoluta & ꝑ turbata:ut ſi ipſū Cāpa.legas nec ipm nec Euclidē poſſis intelligere.Fateor me neſcire quid in illis demonſtrationibus quas aſtru e


sibi uelit Campanus:frustra enim fiunt demonstrationes cum ex uerbis nulla structura: nullus ordo:& nullus sensus ellici potest.

¶ Theorema.xx.propositio.xxiij.



Uae mediae cōmensurabilis:media est.

¶ Sit media.a.& ipsi.a.cōmensurabilis esto.b.Dico q̄ &.b.media est:exponatur enim rationalis.cd.& ei quae ex.a.fit eq̄lis ad cd.comparetur area rectangula.ce.per.xliiii.primi latitudinem efficiens.ed.Rationalis igitur est per p̄cedentem.ed.incōmensurabilis que ipsi.cd.longitudine:ei autem quae ex.b.aequalis ad.cd.comparetur per.xliiii. primi area rectangula.cf.latitudinem efficiens.df.Q uoniam igitur cōmensurabilis est.a.ipsi.b.cōmensurabile est quoq; id quod ex.a.ad id quod ex.b. Sed ei quidem quod ex.a.per primam secundi aequum est.ec.ei autem q̄d fit ex.b.aequum est.cf.Commensurabile igitur ē.ec.ipsi.cf.estq; sicut.ec.ad cf.sic est.ed.ad.df.Commensurabilis igitur est per.xxii.x.ed.ipsi.df.longitudine.Rationalis autem est.ed.& ipsi.dc.incommensurabilis lōgitudine.Rationalis igitur est &.df.& ipsi.dc.longitudine incōmensurabilis.Igitur.cd.& df.per.xiii.x.rationales sunt potentia tantum cōmensurabiles.Q uod autem sub rationalibus potentia tantum cōmensurabilibus rectis lineis comprehēditur rectangulum:irrationale est:per xxi.x.& illud potēs irrationalis est:appellaturq; media:potēs igitur id quod sub.cd.&.df.media est:potestq; quod sub.cd.&.df.fit:media igitur est.b.quod erat ostendendum.




¶ Correlarium.

¶ Hinc igitur est manifestum q̄ mediae areę rationali cōmensurabilis: media est.possunt enim eas rectae lineę quae potentia sunt cōmensurabiles: quarum altera media:quare & reliqua media est.Similiter autem in eis quę de rationalibus & mediis dicta sunt:sequitur ut mediae longitudine cōmensurabilis media appelletur:eiq; cōmensurabilis non tantum lōgitudine sed & potentia.Q uoniam in uniuersali longitudine commensurabiles omnino & potentia.Si uero mediae commensurabiles potentia tantum:dicūtur medię potentia tantum commensurabiles.

¶ Interpres.


¶ Praecedēs theorema quod iuxta codicis graeci antiquissimi in.xxiii.demōstratione repperitur descriptum :a Campano in.xxi.positum est.sic omnia subuoluit.

¶ Theorema.xxi.propositio.xxiv.



Sub medijs longitudine cōmensurabilibus rectis lineis comprehensum rectangulum medium est.

¶ Sub mediis inquam longitudine commensurabilibus rectis lineis.ab.bc.comprehendatur rectāgulum.ac.dico q̄.ac.medium est . Describatur enim per quadragesimā sextā primi ex.ab.quadratum ad.medium igitur est.ad.& q̄m cōmēsurabilis est.ab.ipsi.bc.lōgitudine.aeq̄lis aūt est.ab.ipsi.bd.Cōmensurabilis igiť est.db.ipsi.bc.lōgitudine.Q uare



&.da.ipsi ac.per correllarium.xxiii.x.cõmensurabilis est:medium autẽ est.
da.medium igitur est &.ac.quod oportebat ostendere.

Interpres.

Præcedens theorema in interpretatione Campani deest.

Theorema.xxii.propositio.xxv.



Ub mediis tantum cõmensurabilibus rectis lineis comprehensum rectangulũ aut rõnale aut medium est.

Sub mediis potentia tantum cõmensurabilibus rectis lineis comprehẽdatur rectangulum .ac. Dico q̃.ac.aut rationale:aut medium est. Describantur inq̃ per.xlvi.primi ex.ab.&.bc.[ ][ ].ad.&.be medium est igitur utrunq; ipsorũ ad.&.be.exponaturq; rõnalis.fg.ipsiq;.ad. æquum ad.fg.comparetur.per.xliiii.primi rectangulum parallelogrãmum. gh.latitudinem efficiens.fh.Ipsi autem.ac.ad.hm æquum comparetur per eandem rectangulum parallelogrãmum.mk.latitudinem efficiens.hk.Et insuper per eandem ipsi.be.æquum similiter ad.kn.comparetur.nl.latitudinẽ efficiens.kl.Q noniam in rectas lineas igitur sunt.fh.hk.&.kl.& quoniam utrunq; ipsorum.ad.&.be.medium est:estq; æquale.ad.ipsi.gh.&.be.ipsi.nl. medium igitur est:& utrunq; ipsorum.gh.nl.& ad rõnalem.fg.comparanẽ. Rationalis igitur est per.xxii.x.utraq; ipsarum.fh.&.kl.& incommensurabilis ipsi.fg.longitudine.Q uoniam igitur cõmensurabile est.ad.ipsi.be.cõmensurabile igitur est per.xii.x.&.gh.ipsi.nl.estq; sicut.gh.ad.ln.sic est.fh. ad.kl.Cõmensurabilis igitur.est per hypothesim.fh.ipsi.kl.longitudine.Ipsę igitur.fh.kl.per primam sexti rationales sunt longitudine commensurabiles.Rationale est igitur per.ix.x.quod sub.fh.kl.& quoniam æqualis est quidem.db.ipsi.ba.&.xb.ipsi.bc.ẽ igitur per.xvi.quinti sicut.db.ad.bc.sic est. ab.ad.bx.Sed sicut quidem.db.ad.bc.sic ẽ per primam.vi.& per.xi.quinti da.ad.ac.Sicut autẽ.ab.ad.bx.sic est.ac.ad.cx.est igitur sicut.da.ad.ac.sic ẽ ac.ad.cx.ęquum autem est.ad.ipsi.gh.&.ac.ipsi.mk.&.cx.ipsi.nl.ẽ igitur p xvii.vi.sicut.gh.ad.mk.sic est.mk.ad.nl.est igitur sicut &.fh.ad ipsum.hk. sic est.hk.ad ipsum.nl.Igitur quod sub.fh.kl.æquum est ei quod fit sub.hk. Rationale autem est quod sub.fh.kl.rationale igitur est & qđ fit ex.hk.Rationalis est igitur per.xix.x.ipsa.fhk.& si quidem cõmensurabilis ast ipsi.fg. longitudine:rationale est per.xxii.x.hn.si autem incõmensurabilis est ipsi. fg.longitudine:ipsæ.hk.&.hm.rationales per.xxi.x.sunt potentia solum cõmensurabiles: medium igitur est.hm.Igitur.hn.aut ratiõale est:aut mediũ. æquum autem est.hn.ipsi.ac.igitur.ac.uel ratiõale:uel medium est: Sub mediis igitur potentia tantum commensurabilibus:& quæ sequuntur reliqua. Q uod erat ostendendum.




Interpres.

Theorema præcedens quod in uoluminibus græcis in.xxv.repperitur propositione.Campanus posuit in.xxiii.

Theorema.xxiii.propositio.xxvi.


Edium non excedit medium rationali.

¶ Si enim possibile medium.ab.medium.ac.excedat rationali.db.ponaturq; rõnalis.ef.ipsi q.ab. æquũ ad.ef.cõparet̃ p.xliiii.i.parallelogrãmũ rectãgulũ.fh.latitudinẽ efficiẽs.eh.ipsi autẽ.ac. æquum auferatur.fg.reliquũ igitur.bd.per tertiã cõmunẽ sniam reliquo.kh est æquale.Rationale autẽ est.db.rationale igitur est &.kh.Q uoniã igitur mediũ est utrunq; ipsorũ.ab.ac.estq;.ab.ipsi.fh.æquale p Correllariũ.xxiii.x.At.ac.ipsi.fg.mediũ igitur est utrunq; ipsorũ.fh.fg.& ad rationalẽ.ef.comparatur.Igitur rationalis est utraq; ipsarũ.he.&.eg.& incõmensurabilis ipsi.ef.longitudine:per.xxii.x.& qm̃ rationale est.db.estq; ipsi.kh.æquale.rõnale igitur est &.kh.ad rationaleq;.ef.cõparatur.Rationalis igitur est per.xx.x gh.& ipsi.ef.longitudine cõmensurabilis.Sed.eg.rõnalis est & ipsi.ef.longitudine incõmensurabilis:incõmensurabilis igitur est per.xiii.x.eg.ipsi.gh.lõgitudie.estq; sicut.eg.ad.gh.sic quod fit ex.eg.ad id quod sub.eg.&.gh.Incõmensurabile igitur est per.xi.x.& lẽma.xxi.x.quod fit ex.eg.ei quod sub.eg.&.gh.Sed ipsi quidẽ quod fit ex.eg.cõmensurabilia sunt quę fiũt ex.eg.&.gh.[ ].Rationalia & enĩ utraq;.ei autẽ quod sub.eg.&.gh.cõmẽsurabile est per.xiii.x.id quod bis sub.eg.&.gh.Duplũ nanq; est illius.Incõmensurabilia igitur sunt per.xvi.x.quæ fiunt ex.eg.&.gh.ei quod bis sub.eg.& gh.& utraq; igitur quæ ex.eg.&.gh.& quod bis sub.eg.&.gh.quod est qđ fit ex.ea per.iiii.ii.incommensurabile est eis quæ fiunt ex.eg.&.gh. Rationalia autẽ sunt quæ fiunt ex.eg.&.gh.per diffinitionẽ.Irratiõale igit̃ est qđ fit ex.eh.irrationalis igitur est.eh.sed & rõnalis qđ est impossibile:mediũ igit̃ medium non excedit rationali quod erat ostendendum.



¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Campanus posuit in.xxii.cũ apud græcos in.xxvi. repperiatur propositione.

¶ Problema.iii.propositio.xxvii.


Edias inuenire potentia tantum cõmensurabiles: rationale cõprehendentes.

¶ Exponantur binæ rationales potentia tantum cõmensurabiles.a.b.summaturq; per.xiii.vi.ipsarũ.ab.media proportionalis c.Fiatq; per.xii.vi.sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.& quoniam ipsæ.ab.rationales sũt potentia tantum cõmensurabiles.igitur q; sub.ab.hoc est.quod ex.c.fit per xxi.x.medium est:media igitur est.c.& quoniã est per.xvii.vi.sicut.a.ad.b.sic.c.ad.d.ipsæ autẽ.ab. potentia tantum sunt cõmensurabiles:&.cd.igitur per.xi.x.potentia tantum sunt cõmensurabiles:estq;.c.media:media igitur ẽ per.xxiii.x.&.d.Ipsæ igitur.c.d.per constructionem mediæ sunt potentia tãtum commensurabiles.Dico q; & rationale comprehendũt. Q uoniam enĩ est sicut.a.ad.b.sic ẽ.c.ad.d.uicissim igit̃ p xvi.v.est sicut a.ad.c.sic est.b.ad.d.Sed sicut.a.ad.c.&.c.ad.b.& sicut igit̃ p.xi.v.c.ad.b.sic.b.ad.d.igit̃ quod sub.cd.æquũ est ei qđ fit ex.b.Rõnale autem est quod fit ex.b.Rationale



igitur est quod sub.cd.Inuentæ sunt igitur mediæ potentia tantū cōmensurabiles rationale comprehendentes.quod fecisse oportuit.

Interpres.

Theorema precedens siue ut rectius dicatur problema Cāpanus posuit in.xxv.propositione:cui addidit id quod apud græcos nusq̄ inuenitur.

Problema.v.propositio.xxiix.

Medias comperire potentia tantum cōmensurabiles medium comprehendentes.

Exponantur eni tres rationales potentia tantū cōmensurabiles.a.b.c.suscipiaturq; per.xiii.vi.ipsarū.ab.media proportioṅalis.d.Fiatq; per.xii.vi.sicut.b.ad.c.sic.d.ad.e.Quoniā.n.ab.rationales sūt potentia tantū cōmensurabiles.Igitur per.xxi.x.&.xvii.vi.& p lēma.xxi.x.qd' sub.ab.hoc est id quod fit ex.d.mediū est.Media igitur est.d.& quoniā.bc. potentia solum sunt cōmēsurabiles.estq; sicut.b.ad.c.sic est.d.ad.e.Ipsæ igitur.de.per.xi.x.potentia tantū sunt cōmensurabiles:media uero est.d.& igitur.e.Igitur per.xxviii.x.ipsæ.d.e.mediæ sunt potentia tantū cōmensurabiles.Dico q; & mediū cōprehenduut:qm̄ eni ē sicut.b.ad.c.sic est.d.ad.e.uicissim igit̄ p.xvi.v. sicut.b.ad.d.sic ē.c.ad.e.Sicut āt.b.ad.d. sic.d.ad.a.Et sicut igitur per.xi.v.d.ad.a.sic.c.ad.e.Quod igitur sub.ac.per.xvi.vi.ęquum est ei quod sub.de.medium igitur per.xxi.x.mediū aūt quod sub.ac.mediū igitur per correllariū.xxiii.x.qd' sub de.Inuentę igitur sunt medię potētia tātum cōmensurabiles mediū cōprehendentes.quod fecisse oportuit.

a b c d e

Interpres

Problema precedens in.xxiiii.Cāpanus posuit propositione: quē errorē crebro inuenias in eius interp̄tatione:& qm̄ si errorē huiusmodi semper uellemus pensare:nobis diutius esset imorandū:sufficiat igitur nobis:bis: & ter & quater ostendisse huius insani delirarnēta huiusmodi: posthac de hisce erroribus nihil a nobis penitus dicetur:qm̄ iam esset opus & oleū terrere:maioribus erroribus insistemus:in primisq; Cāpanus qui Euclidē proculdubio sicut erat litterarū græcaꝝ ignarus non intellexit:sub silentio p̄termisisr p̄sens subsequens lemma:& correllariū:& aliud lēma correllariū subsequēs: sicut nos lectiones geæcæ docent.Quæ bina lēmata ad ennodandas subsequentium theorematū difficultates admodū sunt necessaria.Quæ lēmata cū i iterpretatione Campani defficiant:nescio quomodo demonstrationes subsequētes intelligi possunt.

Lemma.

Comperire duos quadratos numeros:vt ex eis compositus sit quadratus.

a d c b

Exponantur bini numeri.ab.&.bc.sintq; aut pares:aut ipares:& quoniā per.xxiiii.ix.si a pari par auferat':& si ab ipari ipar per.xxvi.ix.reliquus erit par.Reliquus igitur.ac.par est.Secetur per.x.primi.ac.bifariā in.d.sint aūt: ipi:ab.bc.aut similes plani.aut ☐.qui & similes plani sūt.Igitur qui sub.ab.

bc.una cũ eo qui fit ex.cd.☐:ęquus eſt ei qui fit ex.bd.☐.eſtq; ☐ qui ſub ab.bc.Q m̄ patuit per primã noni.ꝙ ſi bini ſimiles plani multiplicãtes ſe ad inuicem aliquem fecerint:factus ☐ eſt.Inuenti igitur ſunt bini ☐ numeri qui ſub.ab.bc.&qui ex.cd.qui cõpoſiti.bd.☐ conficiunt.

Correlarium.

Ac manifeſtũ ꝙ inuenti ſunt rurſus bini ☐:& qui ex.bd.& qui ex.cd.& perinde eorum exceſſus qui ſub.ab.bc.eſt ☐.Q uando ipſi.ab.bc. ſimiles fuerint plani:qñ autẽ non fuerint ſimiles plani inuenti ſunt bini ☐ & qui ex. bd.& qui ex.dc.quoꝝ exceſſus qui ſub.ab.&.bc non eſt quadratus.

Lemma pcedentis oppoſitũ.

Inuenire binos quadratos numeros vt ex eis compoſitus non ſit quadratus.

Sint.n.ex.ab.bc.ut diximus ☐ & par.ca.Seceturq; per.x.primi biſariã. ca.in.d.manifeſtũ iam eſt ꝙ qui ex.ab.bc.☐ una cum eo qui fit ex.cd.☐ æquus eſt ei qui ex.bd.☐:auferatur unitas.de.Igitur qui ex.ab.&.bc.una cũ eo qui fit ex.ce.minor eſt eo qui fit ex.bd.☐.Dico igitur ꝙ qui ex.ab.bc. ☐ una cũ eo qui fit ex.ce.non eſt ☐.Si enim eſt ☐ uel eſt æqualis ipſi qui ex.be.uel minor eo qui ex.be.maior autem non eſt:ut eum non ſecet unitas neq; qui ex.ab.bc.una cum eo qui fit ex.cd.qui ẽ ex.bd.æquus fuerit ei qui ſub.ab.bc.una cũ eo qui fit ex.ce.Sit autẽ ſi poſſibile eſt prius qui ex.ab.bc. una cum eo qui fit ex.ce.æqualis ei qui ex.be.Sitq; ipſius.de.unitatis duplus ga.Q m̄ igitur totus.ac.totius.cd.duplus eſt:&.ag.ipſius.de.eſt duplus: & reliquus igitur per.vii.vii.gc.reliq.ec.duplus eſt.biſariã igitur ipſum.gc.ipe e.diſpeſcit.Igitur qui ex.gb.&.bc.una cum eo qui fit ex.ce.æquus eſt ei qui fit ex.be.☐.Sed qui ex.ab.bc una cũ eo qui ex.ce.æquus ſupponitur ei qui ex.be.☐.Q ui ex.gb.bc.igitur una cũ.ec.qui fit ex.ce.ęquus ei eſt qui fit ex ab.bc.una cũ eo qui fit ex.ce.Cõmuni ſublato qui ex.ce.ducitur.ab. æqualis ipſi.gb.Q uod ẽ ipoſſibile.Q ui ex.ab.bc.igitur una cũ eo qui ex.ce.æquus non eſt ei qui fit ex.be.Dico iam ꝙ neq; minor eo qui ex.be.Si enim poſſibi le ſit ei qui ex.bf.æqualis:& ipſius.df.duplus.ha.Conducaturq; duplus rur ſus.hc.ipſius .cf. & ut.f.ipſum.hc.biſariam ſecet.ac p hoc eo qui ex ab.bc. una cũ eo qui ex.fc.æquus erit ei qui ex.bf.ſupponitur autẽ ꝙ qui ex.ab.bc una cum eo qui ex.ce.eſt æqualis ei qui ex.bf.conducatur igitur æqualis qui ex.ab.bc.una cũ eo qui ex.ce.ei qui ex.hb.&.bc.una cum eo qui fit ex.cf.qd abſurdum eſt.Igitur qui ex.ab.bc.una cum eo qui fit ex.ce.æquus non ẽ mi nori eo qui fit ex.be.patuit autẽ ꝙ neq; ei q ex.be.neq; eo maiori. Igitur qui ex.ab.bc.una cum eo qui fit ex.ce.☐ non eſt.Cum autem ſit poſſibile & plu ribus modis prędicta oſtendere:ſufficiant nobis tamen prędicta:ne materia longior exiſtens longius protrahatur.

a
g
b
d
i
e
f
c
h

Problema.vi.propoſitio.xxix.



Omperire binas rationales potentia tantum cõmenſura biles:vt maior minore maius poſſit eo quod ſit ex com

mensurabili sibi longitudine.

¶ Exponatur.n.per correllarium lématis.xxviii.x.quædam ratiõalis.ab.& bini □ numeri.cd.&.de.ut ipsorũ.ce.non sit □□:& sup.ab. describat͛ semicirculus.afb.Fiatq; sicut.p Corre.vi.x.dc.ad.ce.sic qđ ex.ba.□.ad id qđ ex.af.□ Cõnectaturq;.fb.Q m̃ igitur est sicut qđ ex.ba.ad id qđ ex.af.Sic est.dc.ad.ce.Igitur quod ex.ba.ad id quod ex.af.eam habet rationẽ:quã numerus.cd.ad numerũ.ce.Cõmensurabile igitur est quod ex.ba.ei quod ex.af.Rationale autẽ quod fit ex.ab.rationale igitur & id quod fit ex.af.Rationalis igitur est per.viii.x.&.af.& quoniã.dc.ad.ce.rationem non habet quã □ numerus ad □ numerũ.Neq; quod ex.ab.igitur ad id quod ex.af.rationem habet quã □ numerus ad □ numerũ.Igitur.ab.ipsi.af.longitudine incõmensurabilis est.Ipsæ igitur.af.ab.rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles.Et qm̃ ẽ p.xvi.diffinitionẽ.v.sicut.dc.ad.ce.sic ẽ qđ ex.ab.ad id qđ ex af.Conuertẽdo igitur p Corre.xix.v.sicut.cd.ad.de.sic quod ex.ab.ad id quod ex.bf.At.cd.ad.de.eam habet rationem quam □ numerus ad □ numerum.Q uod igitur ex.ab.ad id quod ex.bf.eam habet rationem quam □ numerus ad □ numerũ.Cõmẽsurabilis igitur est per.xvi.x. sicut.ab.ad bf.longitudine & quod ex.ab.per.xlvii.primi æquũ est eis q̃ fiunt ex.af.&.fb.Igitur.ab.ipsa.af.maius potest ipsa.bf.sibi cõmensurabili.Inuẽtæ igit͛ sũt binę rõnales potẽtia tantũ cõmensurabiles.ba.&.af.ut.ba.maior ipsa.af.maius possit eo qđ ex.fb.sibi longitudine cõmẽsurabili.Q đ facere oportebat.

¶ Problema.vii.propositio.xxx.

Omperire binas rationales potentia tantum cõmensurabiles:vt maior minore maius possit eo quod fit a sibi longitudine incommensurabili.

¶ Exponat͛.ab.biniq; □.ce.&.ed.Vt ex eis cõpositus nõ sit □ per lema.ii.xxviii.x.Describaturq; super.ab.semicirculus.afb.fiatq; per correllariũ.vi.x.sicut.dc.ad.ce.sic quod fit ex.ab.ad id quod ex.af.Cõnectaturq;.fb.similiter iã ostendemus per p̃cedentẽ sicut in p̃cedenti q; ipsæ.ba.& af.rõnales sunt potẽtia tm̃ cõmẽsurabiles.Et qm̃ ẽ sicut.dc.ad.ce.sic ẽ qđ ex.ba.ad id quod ex.af.Cõuertendo igitur p Corre.xix.v. sicut.cd.ad.de.sic qđ ex.ab.ad id quod ex.fb.At.cd.ad.de.rationẽ non habet quã □ numerus ad □ numerũ:neq; igitur quod ex.ab.ad id quod ex.bf.rationẽ habet quã □ numerus ad □ numerũ.Incõmensurabilis igitur est.ab.ipsi.bf.longitudine potestq;.ab.ipsa.af.maius eo quod fit ex.bf.sibi incõmẽsurabili.Ipsæ.igitur ab.bf.rõnales sunt potẽtia tãtũ cõmensurabiles &.ab.ipsa.af.maius põt eo quod fit ex.fb.sibi longitudine incõmensurabili:quod fecisse oportuit.

¶ Problema.viii.propositio.xxxi.

Omperire binas medias potentia tãtum cõmẽsurabiles rõnale cõprehendẽtes:vt maior minore maius possit eo quod fit a sibi longitudine cõmensurabili.

¶ Exponantur per.xxix.x.binæ rõnales potentia tantũ cõmen

surabiles.a.b.ut.a.maior existens ipsa.b.minore maius possit eo quod fit ex sibi longitudine cōmensurabili:& ei quod gignitur ex.ab.æquū esto id quod ex.c.Mediū autē est quod sub.ab.mediū igitur est per.xxi.x.& correllariū.xxiii.x.quod sub.c.media igitur est.c.Ei uero quod fit ex.b.æquū esto quod fit ex.cd.Rationale autē est quod fit ex.b.rationale igitur & quod sub.cd.Et qm̄ per.xi.vi.&.xvii.eiusdē est sicut.a.ad.b.sic ē quod sub.ab.ad id quod ex b.Sed ei quidē quod sub.ab.æquum est id quod fit ex.c.ei aūt quod fit ex.b.æquū est quod sub.cd.Sicut igitur.a.ad.b.sic quod ex.c.ad id quod sub.cd.sicut autē quod fit ex.c.ad id quod sub.cd.sic est.c.ad.d.& sicut igitur.a.ad.b.sic.c.ad.d.Cōmēsurabilis igitur est per lēma.xxi.x.a.ipsi.b.potentia tātū.Cōmensurabilis igitur &.c.ipsi.d.potentia tantū.At.c.media est.media igit̄ est per.xi.x.&.d.& qm̄ est sicut.a.ad.b.&.c.ad.d.At.a.ipsa.b.maius pōt eo quod fit ex sibi cōmensurabili.&.c.igitur ipa.d.maius poterit eo quod fit ex sibi cōmensurabili.Inuentæ sunt igitur binæ mediæ potentia tātum cōmensurabiles.c.d.rationale cōprehendentes &.c.ipa.d.maius potest eo quod fit ex sibi longitudine commensurabili.similiter iam ostēdetur q̄ & eo quod ex incommensurabili:quando.a.ipsa.b.maius potuerit eo quod fit ex sibi incōmensurabili:quod facere oportuit.




¶ Problema.ix.propositio.xxxij.




Inuenire duas medias potentia tantum cōmēsurabiles medium comprehendentes:vt maior minore maius possit eo quod fit ex sibi cōmensurabili.

¶ Exponantur tres rationales potentia tantū cōmensurabiles.a.b.c.ut.a.per.xxix.x.ipsa.c.maius possit eo quod fit ex sibi cōmensurabili: & ei quidem quod sub.ab.æquum sit per.xiii.&.xvii.vi.quod fit ex.d.medium igitur est per.xxi.x.& lēma.xx.x.quod ex.d.&.d.igitur media est.Ei autem quod sub.bc.æquū esto quod sub.de.& qm̄ per.xii.vi.ē sicut quod sub.ab.ad id quod sub.bc.sic est.a.ad.c.Sed ei quidē quod sub.ab.æquum est id quod fit ex.d.ei autē quod sub.bc.æquū est id quod sub.de.est igitur per Lēma.xxi.x.sicut.a.ad.c.sic quod fit ex.d.ad id quod sub.de.Sicut autē quod fit ex.d.ad id quod sub.de.sic est.d.ad.e.Et sicut igit̄ per.xi.v.a.ad.c.sic.d.ad e.Cōmensurabilis autē est per.xi.x.a.ipsi.c.potentia tantū:commensurabilis igitur est per.xxii.x.&.d.ipsi.e.potentia tantū.Media autē est.d.media igit̄ est &.e.Et qm̄ ē sicut.a.ad.c.sic ē.d.ad.e.&.a.q̄.c.maius pōt eo quod fit ex sibi cōmensurabili:&.d.igitur quā.e.maius poterit eo quod fit ex sibi cōmensurabili.Dico insuper q̄ cōprehensum sub.de.mediū est.Q m̄ enim p Correllariū.xxiii.x.æquum est quod sub.bc.ei quod sub.de.mediū autem quod sub.bc.medium igitur & quod sub.de.Inuentæ sunt igitur duæ mediæ potētia tantum cōmensurabiles.de.medium cōprehendentes: ut maior minore maius possit eo quod fit ex sibi cōmensurabili.Similiter iam rursus ostendetur q̄ & ei quod ex incōmensurabili quando.a.ipsa.c.maius poterit eo q̄d fit ex sibi cōmensurabili.quod facere oportuit.



Lemma.




Esto triangulum rectangulū.abc.rectū habens qui sub.abc.exciteturq; per.xii.primi perpendicularis.ad.Dico q qd sub.cb.&.bd.æquū est ei quod fit ex.ba.Quod uero sub.bc.cd.ei q sub.ca.Quod autē sub.db.&.dc.ęquū est ei quod fit ex.ad.& insuper id quod sub.bc.ad.ęquum est ei quod fit sub ba.&.ac.In primisq; q id quod sub.cb.&.bd.æquū sit ei quod ex.ab.Quoniam eni in rectangulo triāgulo ab angulo recto in basim excitata est.ad.Igitur per.viii.vi.triangula.abd.&.adc.similia sunt & toti.abc.& sibi inuicem: & quoniā per conuersionē diffinitionis.vi.triangulū.abc.simile est triangulo.adb.est igitur sicut.cb.ad.ba.sic est.ab.ad.bd.Igitur quod sub.cb.&.bd. æquum est ei quod fit ex.ab.id propterea iam quod sub.bc.&.cd.æquū ē ei quod fit ex.ac.& quoniā si in rectangulo triāgulo ab angulo recto in basim perpendicularis excitetur:excitata basis segmentorū media proportionalis ē per correllarium.viii.vi.est igitur sicut.bd.ad.da.sic est.ad.ad.dc.Igitur per xvii.vi.quod sub.bd.dc.æquum ē ei quod ex.da.Dico autem quod & id qđ sub.bc.&.ad.æquum est ei quod sub.ba.&.ac.Quoniam enim ut diximus. abc.simile est ipsi.acd.est igitur sicut.bc.ad.cd.sic.ba.ad.ad.Si fuerint autē quattuor rectæ lineę proportionales. quod sub extremis per.xvi.vi.æquū est ei quod sub mediis quod igitur sub.bc.ad.æquum est ei quod sub.ba.ac. uel etiā quando circūscribemus.ec.rectangulum parallelogrāmum:cōplebimusq;.af.æquū erit per.xli.primi.ec.ipsi.af.utrunq; enim eoꝝ ipsius.abc.trianguli duplum est:estq; quod ex.ac.id quod sub.bc.ad.Quod aūt ex.af.id qđ sub.ba.&.ac.Qđ igitur sub.bc.ad.æquū est ei quod sub ba.&.ac.

Aequalis est enim.ad.ipsi.eb. parallelogrāmorū nāq; quæ ex opposito latera adinuicem sūt ęqualia per.xxxiiii.primi.


Interpres.

Lemma pręcedens quod ad subsequentis problematis enodationē haud parum confert Campanus sub silentio ptermisit.

Problema.x.propositio.xxxiii.



Inuenire binas rectas lineas potentia incommensurabiles conficictes conflatum ex quadratis quae ab ipsis rationale:quod vero sub ipsis medium.



Exponantur per.iiii.x.binæ rationales potentia tantū cōmensurabiles.ab.bc.ut maior.ab.minore.bc.maius possit eo quod fit ex sibi incōmensurabili.Seceturq; per.x.primi.bc.bifariā in.d.& ei quod fit ex utraque ipsaꝝ.bd.dc.per.xxviii.vi.æquum ad ipsam.ab.cōparetur parallelogrāmū deficiens specie a ☐:sitq; quod sub.aeb.Describaturq; super.ab.semicirculus.afb.exciteturq; per.xi.primi ipsi.ab.ad angulos rectos.ef.Cōnectanturq;.af.&.fb.& quoniā binę rectę lineę sunt.ab.bc.&.ab.ipsa.bc.maius potest eo quod fit a sibi incōmensurabili.Quartæ autē parti illius quod fit ab ipsa. bc.minore hoc est ab eius dimidio per.xvii.x.æquum.ad ipsam.ab.parallelogrāmū comparatum est deficiens specie a ☐:efficitq; id quod sub.aeb.Incommensurabilis igitur est per.xix.x.ae.ipsi.eb.estq; sicut.ae.ad.eb.sic qđ sub.ba.ae.ad id quod sub.ab.&.be.Ei autem quod sub.ba.&.ae.æquum est

id quod fit ex.af.Q uod autē sub.ab.&.bc.per lēma p̄cedētis ei quod ex.bf. est æquale.Incōmensurabile igitur est quod fit ex.af.ei quod fit ex.bf. Ipsæ igitur.af.fb.potentia sunt incōmensurabiles:& q̄m.ab.rationalis est: rationale igitur est quod fit ex.ab.Q uare per diffinitiōem.x.& cōpositū ex eis quæ ex.af.fb.rationale est:& quoniā rursus quod sub.ae.eb.æquū est ei quod fit ex.ef.Supponitur autē per lēma p̄cedentis id quod sub.ae.eb.ipsi quod ex bd.æquale: æqualis igitur est.fe.ipsi.bd.Dupla igitur est.bc.ipsius.fe Q uare & quod sub.ab.bc.duplū est eius quod fit sub.ab.ef.mediū autē est quod sub.ab.bc mediū igitur & id quod sub.ab.ef.æquū autē est quod sub.ab.ef. ei quod sub.af.fb.mediū igitur & quod sub.af.fb.patuit uero q; & rationale compositū ex eis quæ ab ipsis [ ].Inuentæ igitur sunt binæ rectæ lineæ potentia incōmensurabiles.af.fb.efficiētes compositū inq̄ ex eis quę ab ipsis sunt [ ] rationale:& quod sub ipsis mediū quod erat agendum.


Interpres.

Campanus unū theorema diffecuit ac duo fecit:illud inq̄ extremū ipsius theorematis ex quo uult Euclides quō id quod sub ipsis mediū est:effecit ut esset theorema:quod inq̄ longe aliter apud codices græcos inuenitur:quod postea theorema posuit in.xxviii.& reliquā illius partē in.xxvii.p̄positione.

Problema.xi.propositio.xxxiv.

Binas rectas lineas potentia incōmensurabiles efficientes compositum ex hiis quae ab ipsis sunt quadrata medium:quod vero sub ipsis rationale comperire.

Exponantur binæ mediæ potētia tantū cōmensurabiles.ab. bc.rationale cōprehendētes quod sub ipsis:ut.ab.ip̄a.bc.maius possit eo q̄d fit a sibi incōmensurabili.Describaturq; super ipsa.ab.semicirculus.adb.seceturq; per.x.i.bc.bifariam in.e.cōpareturq; per.xxviii.vi.ad ipsā.ab.ei q̄d ex.be.æquum parallelogrāmū specie deficiens a [ ]:sitq; quod sub.af.fb.in cōmēsurabilis igitur ē.af.ipsi.fb.longitudine: exciteturq; per.xi.primi.ab.f. ipsi.ab.ad angulos rectos.fd.Cōnectanturq; ipsę.ad.&.db.Q m̄ igitur incōmensurabilis est.af.ipsi.fb.incōmensurabile est igitur & quod sub.ba.&.af. ei quod sub.ab.&.bf.Aequale aūt est id quod sub.ba.&.af.ei quod fit ex.ad. Q uod aūt sub.ab.bf.ei quod ex.db.incōmensurabile igitur est:& id q̄d ex. ad.ei quod ex.db.& q̄m mediū est quod fit ex.ab.mediū igitur est:& cōpositum ex eis quæ fiunt ex.ad.db.& q̄m dupla est.bc.ipsius.df.duplū igitur est quod sub.ab.bc.eius quod sub.ab.fd.Rationale autē ē quod sub.ab.bc.supponitur enim rationale igitur & quod sub.ab.fd.ei autem quod sub.ab.fd. æquum est per lemma.xxxii.x.quod sub.ad.db.Q uare & quod sub.ad.db. rationale est.Inuentæ sunt igitur binæ rectæ lineę potentia incōmensurabiles.ad.db.efficientes compositum ex eis quæ ab ipsis sunt quadratis mediū:quod uero sub ipsis rōnale:Q d̄ facere oportuit.



Problema.xii.propositio.xxxv.

Comperire binas rectas lineas potentia cōmensurabiles


efficientes cōpositum ex earum quadratis mediū:ꝛ qđ sub ipsis me dium:ꝛ insup incōmensurabile composito ex earum quadratis.

¶ Exponantur per.xxviii.x.binæ mediæ potentia tantum cōmensurabiles. ab.bc.mediū cōprehendentes:ut.ab.ipsa.bc.maius possit eo quod fit ex sibi incōmensurabili.Describaturq; super.ab.semicirculus.adb.& reliqua fiant quæ in superioribus:& qm̄ incōmensurabilis est.af.ipsi.fb.longitudine: incō mensurabilis est per.xvii.x.&.ad.ipsi.db.potētia.Et quoniā quod ex.ab.me dium est:mediū igitur est & cōpositū ex hiis quæ ex.ad.db.Et quoniā quod sub.af.fb.æquum est ei quod ex utraq; ipsarū.be.df.æqualis igitur est.be.ipi df.Dupla igitur est.bc.ipsius.fd.Quare & quod sub.ab.bc.duplū est eius quod sub.ab.fd.Mediū autē quod sub.ab.bc.mediū igitur & quod sub.ab. fd.æquūq; est ei quod sub.ad.db.mediū igitur est per correllariū.xxiii.x.& p lemma primū.x.quod sub.ad.db.& quoniā incōmensurabilis est.ab.ipi.bc. longitudine.Cōmensurabilis autē est.bc.ipsi.be.incōmensurabilis igitur est per.xiii.x.&.ba.ipsi.be.lōgitudine.Quare & quod ex.ab.ei quod ex.ab.be. incōmēsurabile est. Sed ei quidē qđ ex.ab.ęq̄lia sunt q̄.ex.ad.db.p.xlvii.i.ei autē quod ex.ab.be.æquū est id quod sub.ab.fd.hoc est quod sub.ad.db.in cōmensurabile igitur est cōpositū ex hiis quæ ex.ad.db.ei quod sub.ad.db. Inuentæ igitur sunt binæ rectę lineę.ad.db.potentia incommensurabiles.ef ficientes cōpositum ex earū quadratis mediū:& quod sub ipsis mediū:& in super cōposito ex eaꝝ ☐☐ incōmensurabile.Quod fecisse oportuit.

¶ Interpres.

¶ Præcedens hoc problema adeo inuolute Campanus interpretatus est:ut nullus possit ellici sensus:illud enī nugat̄ qđ apud Euclidē neutiq̄ inuenitur.

¶ Theorema.xxiv.propositio.xxxvi.



Si binae rationales potentia tantum commensurabiles compositae fuerint:tota irratiōalis est voceturq; ex duo bus nominibus.

¶ Componantur enim binæ rationales potentia tantū cōmen surabiles.ab.bc.Dico q̄.ac.irrationalis est. Qm̄ enim incōmensurabilis est ab.ipsi.bc.lōgitudine:potentia tantū sunt cōmensurabiles per lēma.xxi.x. sicut autē.ab.ad.bc.sic per.xi.ii.quod sub.ab.bc.ad id quod ex.bc. Incōmen surabile igitur est quod sub.ab.bc.ei quod ex.bc.sed ei quod sub.ab.bc.com mensurabile quidē est:quod bis sub.ab.bc.Ei autē quod ex.bc.cōmensura bilia sunt quæ ex.ab.bc.Quare & quod bis sub.ab.bc.eis quæ ex.ab.bc.in cōmensurabile est.Cōponendoq; per.iiii.ii.quod bis sub.ab.bc.una cum eis quæ ex.ab.bc.hoc est quod ex.ac.incōmensurabile est. cōposito ex hiis quę ex.ab.bc.rationale autē est cōpositum ex hiis quæ ex.ab.bc.irrationale igit̄ est per diffinitionē.x.quod ex.ac.Quare &.ac.irrationalis est: uocatur autē ex binis nominibus. Vocauit sane ipsam ex binis nominibus:eo quia ipsa ex binis rationalibus constat.proprium nomen appellans ratiōale:quatenus ra tionale;quod fecisse oportuit.

¶ Interpres.

¶ Furiosi sane interpretis esse censeo in interpretationibus auctorum quapiam disciplinam tradentium id addere quod apud ipsos non inuenitur, pariterque id negligere & pretermittere quod apud ipsos legitur. sicuti in proximo superiori theoremate fecit Campanus. Cuius error ut notus sit decreuimus & nostram & suam de huiusmodi theoremate subiicere interpretationem. ut legentes ubi lectionem græcam uiderint iudicent quis nostrum rectius interpretatus fuerit. Nos uero qui græcos sequuti sumus sic ipsum theorema sumus interpretati. ut sequitur.

¶ Theorema.xxiiii.propositio.xxxvi.

¶ Si binæ rationales potentia tantum commensurabiles fuerint. tota irrationalis est uocatur autem ex binis nominibus.

¶ Campanus sic deblacterat.propositio.xxx.

¶ Si duæ lineæ potentialiter tantum rationales communicantes in longum directumque coniungantur. tota linea ex hiis composita erit irrationalis. diceturque binomium.

¶ Campanus in huiusmodi.interpretatione.in principio errorem magnum.in medio maiorem in calce uero maximum commisit. nam ubi legitur apud Euclidem duæ rationales potentia tantum commensurabiles. hæc bellua posuit duæ lineæ potentialiter tantum rationales. Is error est nam subuertit uerba ipsius Euclidis. Cum uero subiungit in longum directumque coniungantur. maiorem inscitiam ostendit. nam id astruit quod apud Euclidem non inuenitur. ac etiam id asserit quod superuacaneum est. nam cum inquit tota irrationalis est. tota dicere non posset. nisi ex binis ipsis lineis una conficeretur in rectum extensa. ut hoc exemplo innotescit. recta enim linea.abc. ex duabus constare manifeste deprehenditur ex.ab. &.bc. sed.ab.&.bc. rectum. aut acutum. siue etiam obtusum angulum comprehendentes. non una sunt. sed binæ rectæ lineæ. ut intuentibus patet superuacaneum igitur fuit apposuisse illud in longum directumque postremo barbarissimus Campanus. qui sicut litteras græcas sic quoque latinarum peritiam ignorauit illud nomen uandalicum effudit. ut dixerit binomium. Cum longe aliter apud Euclidem lectio se habeat. tum etiam quid sit binomium non exponit hominem insanum.




¶ Theorema.xxv.propositio.xxxvij.



Si binae mediae potentia tantum commensurabiles compositae fuerint rationale comprehendentes tota irrationalis est: uocatur autem ex binis prima mediis.

¶ Componantur enim binæ mediæ potentia tantum commensurabiles.ab.bc. rationale comprehendentes. Dico quod.ac. irrationalis est. Quoniam enim incommensurabilis est.ab. ipsi.bc. longitudine. & quod ex.ab.bc. igitur sunt incommensurabilia ei quod bis sub.ab.bc. Componatur igitur quæ ex.ab.bc. una cum eo quod bis sub.ab.bc. hoc est illud quod ex.ac. incommensurabile est ei quod sub.ab.bc. Supponuntur autem ipsæ.ab.bc. rationale comprehendentes. irrationale igitur est id quod ex.ac. irrationalis igitur est.ac. uocatur sane ex binis mediis prima. uocauit autem eam ex binis mediis primam. quoniam rationale comprehendit. & conterit rationale.




ℭ Interpres.

ℭ Hoc loco Campanus nescio quid posuit bimediale: quod sapit & olet nescio quid rancidum: crassum: ut illud dicas e montibus pannonũ fuisse deductum. Saltẽ Cãpanus ostenderet cur ipsa linea habeat id nominis.

ℭ Theorema. xxvi. propositio. xxxviij.



Si binae mediae potentia tantum cõmensurabiles compositae fuerint medium comprehendentes: tota irrationalis est: vocatur autẽ ex binis secunda medijs.



ℭ Componantur enim binæ medię potentia tantũ cõmensurabiles. ab. bc. mediũ cõprehendentes. Dico q̃ irrationalis est. ac. exponatur rationalis. de. ei aũt quod ex. ac. per. xliiii. primi æquũ ad ipsam. de. cõparetur. df. latitudinẽ efficiens. dg. & qm̃ quod ex. ac. æquũ est & eis quæ ex. ab. bc. & ei quod bis sub. ab. bc. Quod autẽ ex. ac. æquũ est ipsi. df. Igitur &. df. æquũ est & eis quę ex. ab. bc. & ei quod bis sub. ab. bc. Cõparetur per eandẽ iã eis quæ ex. ab. bc. ad ipsam. de. æquũ ipsum. eh. reliquũ igitur. hf. æquũ est ei q̃d bis sub. ab. bc. & qm̃ media est utraq; ipsarũ. ab. bc. media igitur sunt & ea q̃ ex. ab. bc. mediũ autẽ supponitur quod bis sub. ab. bc. eis autẽ quę ex. ab. bc. æquũ est. eh. ei uero quod bis sub. ab. bc. æquũ est. fh. mediũ igitur est utrunq; ipsorũ. eh. hf. & ad rationalẽ. de. cõparatur. Rationalis igitur & incõmensurabilis est. ab. ipsi. bc. longitudine. Estq; sicut. ab. ad. bc. sic quod ex. ab. ad id quod sub. ab. bc. incõmensurabile igitur ẽ ei quod ex. ab. id quod sub. ab. bc. at ei quidẽ quod ex. ab. cõmensurabile est compositũ ex hiis quę ex. ab. bc. sunt. ei uero quod sub. ab. bc. cõmensurabile est id quod bis sub. ab. bc. Incõmensurabile igitur est cõpositũ ex hiis quæ ex. ab. bc. ei quod bis sub ab. bc. Sed eis quidẽ quæ ex. ab. bc. æquũ est. eh. ei autẽ quod bis sub. ab. bc. æquũ est. fh. Incõmensurabile igitur. eh. ipsi. hf. Quare &. dh. ipsi. hg. est in incõmensurabilis longitudine. Ostensum est autẽ q̃ rationalis. Ipsę igitur. dh. hg. rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles. Quare. dg. irrationalis est: rationalis autẽ. de. Quod eni sub irrationali & rationali cõprehensum rectangulũ irrationale est per. xxi. x. Igitur area. df. irrationalis est: ipsamque potens irrationalis est. ipsum autẽ. df. ipsa. ac. potest. irrationalis igitur est. ac. uocaturq; ex binis mediis secunda. Vocauit autẽ eã ex binis mediis secũdã: qm̃ mediũ cõprehendit quod sub ipsis: & non rationale. In secundo uero est loco mediũ rationali: q̃ autẽ sub rationali & irrationali cõprehensum rectangulum sit irrationale: patet: si enim sit rationale: cõpareturq; ad rationalẽ: rursus fueritq; aliud latus rationale: sed & irrõnale: quod est absurdũ. Q d' igitᷣ sub rationali & irrationali: irrationale est. Quod ostendere oportuit.

ℭ Theorema. xxvij. propositio. xxxix.



Si binae rectae lineae potentia incõmensurabiles cõpositae fuerint conficientes compositum ex quadratis quae ab ipsis rationale: quod autem sub ipsis medium tota recta linea irrationalis est: vocatur autem maior.

¶ Componantur enim binæ rectæ lineę potentia commensurabiles.ab.bc. efficientes ea quæ proposita sunt. Dico q̄.ac.irrationalis est. Quoniam enī per hypothesim quod sub.ab.bc.medium est:& quod bis igitur sub.ab.bc. medium est. Compositum uero ex hiis quæ ex.ab.bc.rationale est: incōmēsurabile igitur est quod bis sub.ab.bc.composito ex hiis quę ex.ab.bc. Quare & quę ex.ab.bc.una cum eo quod bis sub.ab.bc.quod est id quod ex.ac. incommensurabile est composito ex hiis quæ ex.ab.bc. Rationale autem est compositum ex hiis quæ ex.ab.bc. Irrationale igitur est quod ex.ac. Quare & .ac.irrationalis est. Vocatur autem maior:uocauit autem ipsam maiorem eo quia quæ ex.ab.bc.rationalia maiora sunt eo quod bis sub.ab.bc.mediis. Cūq; decens sit ab ipsorum rationalium familiari denominationem ordinare:q; autem quæ ex.ab.bc.maiora sint eo quod bis sub.ab.bc.sic ostendendum est. Manifestum quidem est q̄ inæquales sunt ipsæ.ab.bc. Si enim æquales essent:æqualia quoq; essent per.vii.secundi & quæ ex.ab.bc.ei quod bis sub.ab.bc.esset quoq; id quod sub.ab.bc.rationale. Quod non supponitur. Inæquales igitur sunt ipsæ.ab.bc. Supponatur maior.ab.ponaturq; ipsi.bc. æqualis.bd. Quæ igitur ex.ab.bd.æqualia sunt ei quod bis sub.ab.bd.& ei quod ex.ad.æqualis autem est.db.ipsi.bc. Quæ igitur ex.ab.bc.æqua sunt ei quod bis sub.ab.bc.& ei quod ex.ad. Quare quæ ex.ab.bc.maiora sūt eo quod bis sub.ab.bc.eo quod ex.da.quod erat demonstrandum.

a d b c

¶ Theorema.xxiix.propositio.xl.


Si binae rectae lineae potentia incommensurabiles compositae fuerint efficientes compositum quidem ex earum quadratis medium:quod vero sub ipsis rationale:tota recta linea irrationalis est:vocatur autem rationale mediumque potens.

¶ Componantur enim binæ magnitudines:siue rectæ lineæ potentia incōmensurabiles.ab.bc.efficientes p̄cedentia. Dico q̄ irrationalis est.ac. Quoniam.n.compositum ex hiis quæ ex.ab.bc.medium est.quod uero bis sub. ab.bc.rationale. Incommensurabile igitur est per.xvii.x.&.iiii.secundi compositum ex hiis quæ ex.ab.bc.ei quod bis sub.ab.bc. Quare & componendo per.xviii.v.quod ex.ac.incommensurabile est ei quod bis sub.ab.bc. Rationale autem est quod sub.ab.bc. Irrationale igitur est quod ex.ac. Irrationalis igitur est.ac.uocatur autem rationale mediumq; potēs. Rationale autem & medium potentem eam appellauit eo quia binas potest areas unam qdē rationalem:alteram uero mediam:ac propter rationalis p̄existentiam primā rationalem appellauit quod erat ostendendum.

a b c

¶ Theorema.xxix.propositio.xli.

Si binae rectae lineae potētia incōmensurabiles cōpositae fuerint efficiētes cōpositū ex earū quadratis mediū quod vero sub ipsis medium:& insuper incōmensurabile composito ex earum quadratis:tota recta linea irrationalis est:vocatur autem bina potens media.



¶ Componantur enim binæ rectæ lineę potentia incommensurabiles.ab.bc.efficientes compositum ex hiis quæ ex.ab.bc.medium.quodq; sub ipsis ab.bc.medium:& insuper incommensurabile composito ex hiis quæ ex.ab.bc.quadratis.Dico q.ac.irrationalis est.Exponatur rationalis.de.comparetur q; per.xxix.sexti ad ipsam.de.ipsis quidem quæ ex.ab.bc.æquum.df.ei uero quod bis sub.ab.bc.æquum.gh.totum igitur.dh.æquum est ei quod ex.ac.quadrato:& quoniam compositum ex hiis quæ ex.ab.bc.medium est ac est æquale ipsi.df.medium igitur est:&.df.& ad ipsam.de. rationalem cōparatur: rationalis igitur est.dg.& ipsi.de.longitudine incommensurabilis: Ac per hoc iam & per.xxiiii.decimi.gk.rationalis est.& ipsi.gf.incommensurabilis.hoc est ipsi.de.longitudine. & quoniam incommensurabilia sunt quæ ex.ab.bc.ei quod bis sub.ab.bc.incōmensurabile est.df.ipsi.gh.Quare &.dg.ipsi.gk.incommensurabilis est:suntq; rationales.Ipę igitur.dg.gk.per.xxxvi.decimi rationales sunt potentia tantum commensurabiles.Irrationalis igitur est.dk.appellata ex binis nominibus.Rationalis autem.de.irrationale igitur est.dh.& illud potens irrationalis est:potest autem ipsum.dh.ipsa.ac.Irrationalis igitur est.ac.uocaturq; bina potens media:appellat uero ipsam bina potentem media:eo quia ipsa potest duas medias areas aliam cōpositam ex hiis quæ ex.ab.bc.& aliam quæ bis sub ipsis.ab.bc.quod erat ostendendum.

¶ Quod autem prędictę irrationales solummodo diuidūtur in eas rectas lineas ex quibus componuntur efficientibus propositas species ostēdemus iam huiusmodi proponentes lēmatium.

¶ Lemma.

a d e c b

¶ Exponatur recta linea.ab.seceturq; tota in inæqualia per utrunq; ipsorū dc.Supponaturq; maior.ac.ipsa.db.Dico q quæ ex.ac.cb.maiora sūt eo qđ ex.ad.db.Secetur enim per.x.primi.ab.bifariam in.e.& quoniam maior est ac.ipsa.db.Communis auferatur.dc.Reliqua igitur.ad.reliqua.cb.maior ē. æqualis autem est.ae.ipsi.eb.minor igitur est.de.ipsa.ec.igitur.c.&.d.signa non æqualiter distant a bifaria sectione:& quoniam quod sub.ac.cb.una cū eo quod ex.ec.æquum est ei quod ex.eb.At quod sub.ad.db.una cū eo qđ ex.de.æquum est ei quod ex.eb.Igitur quod sub.ac.cb.una cum eo quod ex ec.æquum est ei quod sub.ad.db.una cum eo quod ex.de. Quorum quod ex.de.maius potest eo quod ex.ec.& reliquum igit᷑ quod sub.ac.cb.minus est eo quod sub ad.db.Quare & quod sub.ac.cb.minus ē eo quod bis sub ad.db.& reliquum igitur compositum ex hiis quę ex.ac.cb.maius est composito ex hiis quæ fiunt ex.ad.db.Si quidem utraq; æqualia sunt ei quod ex ab.quod ostendere oportuit.

¶ Interpres.

¶ Campanus hoc in loco protulit nescio q̄s nugas q̄s & ipsum non intellexisse contenderē:humanissime lector aduertas obsecro:sic ēt p̄cedens theorema adeo inuolute obtenebrauit ut quid sibi uelit Euclides penitus nescias.

¶ Theorema.xxx.propositio.xlij.


Quae ex binis nominibus ad vnum duntaxat signum diuiditur in nomina.

¶ Sit ex binis nominibus.ab.diuisa in nomina in.c.igitur ipsae.ac.cb.rationales sunt potentia tantum commensurabiles. Dico q ipsa.ab.ad aliud signum non diuiditur in binas rationales potētia tantum commensurabiles. Si enim possibile.diuidatur in.d.ut ipsę.ad.db.sint rationales potentia tantum commensurabiles.manifestum iam q.ac.ipsi.bd.nō est eadem. Si enim fieri potest esto:erit iam & ad.ipsi.bc.eadem:eritq; sicut ac.ad.cb.sic.bd.ad.da.eritq;.ab.in eadem qua.c.diuisione:diuisa:& in.d.qđ positum non est. Ipsa igitur.ac.ipsi.db.non est eadem. Ac per hoc iam & signa.cd.non aequidistant a bisaria sectione. Quo itaq; differunt quae ex.ac.cb.eo quod ex.ad.db.eo etiā differt & quod bis sub.ad.db.eo quod bis sub.ac.cb. Quare & quae ex.ac.cb.una cū eo quod bis sub.ac.cb.& quae ex.ad.db.una cum eo quod bis sub.ad.db.sunt aequalia ei quod ex.ab. Sed quae ex ac.cb.eis quae ex.ad.db.rationali differunt:utraq; enim rationalia per.xxi.x. Ac quod bis igitur sub.ad.db.eo quod bis sub.ac.cb.differunt rationali quae media non existunt:medium autem medium non excedit ratiōali per.xxvi.x. Ex binis igitur nominibus ad aliud & aliud signum non diuiditur: ad unū duntaxat igitur:quod erat ostendendum.

¶ Theorema.xxxi.propositio.xliij.



Ex binis medijs prima ad vnum duntaxat signum diuiditur in nomina.

¶ Esto ex binis prima mediis.ab.diuisa in.c.ut ipsae.ac.cb.mediae sint potentia tantum cōmensurabiles rationale comprehendentes. Dico q ipsa.ab.ad aliud signum non discinditur. Si enim possibile diuidatur in.d.ut.ad.&.db.sint potentia tantum commensurabiles ratiōale cō prehendētes. Quoniam igitur quo differt quod bis sub.ad.db.eo quod bis sub.ac.cb.eo quod bis sub.ac.cb. differunt quae ex. ac.cb. eis quae ex.ad. db.rationali autem differt quod bis sub.ad.db.eo quod bis sub.ac.cb.ratiōalia enim utraq;. Rationali igitur differunt & quae ex.ac.cb.eis quae ex.ad.db. media existētia qđ est ipossibile. Ex binis igit mediis prima ad aliud & aliud signū non diuiditur in nomina ad unū duntaxat igit;qđ erat demonstrādū.

¶ Theorema.xxxij.propositio.xliiij.


Ex binis secunda medijs ad vnum duntaxat signum diuiditur in nomina.

¶ Sit ex binis mediis secūda.ab.diuisa in.c.ut.ac.cb.medię sint potentia tantum commensurabiles medium comprehendētes manifestum iam est q.c.non est indiuidua sectione. Quandoquidem non sunt longitudine commensurabiles. Dico q ipsa. ab. ad aliud signum non diuiditur. Si enim possibile diuidatur in.d.ut.ac.ipsi.db.non sit eadem. Sed per hypothesim sit maior.ac.nempe etiam & quae ex.ac.cb.maiora sūt



eis quæ ex.ad.db.ficuti fupra demonftrauimus &.ad.db.medias effe potentia tantum commenfurabiles: medium comprehendentes. Exponaturq; rationalis.ef.& ei quidem quod ex.ab.ęquũ ad ipfũ.ef.cõparef p.xliiii.i.ek.eis autem quæ ex.ac.cb.æquum auferatur.eg. reliquum igitur.hk.æquum eft ei quod bis fub.ac.cb. Rurfus iam eis quæ ex.ad.db.quæ minora funt eis q̃ ex.ac.cb.æquum auferatur.el.& reliquum igitur.mk.æquum ẽ ei quod bis fub.ad.db.& quoniam media funt quæ ex.ac.cb.medium igitur eft &.eg.& ad rationalem.ef.comparatur. Rationalis igitur eft.eh.& incommenfurabilis ipfi.ef.longitudine. Ac per hoc iam &.hn.rationalis eft & ipfi.ef.longitudine incõmenfurabilis. Quoniam ipfæ.ac.cb.mediæ funt potentia tantũ commenfurabiles. Incõmenfurabilis eft igitur.ac.ipfi.cb.longitudine. Sicut autem.ac.ad.cb.fic quod ex.ac.ad id quod fub.ac.cb. Incõmenfurabile igitur eft quod ex.ac.ei quod fub.ac.cb. Sed ei quidem quod ex.ac. cõmenfurabilia funt quæ ex.ac.cb.potentia enim funt cõmenfurabiles ipfæ.ac.cb.ei autem quod fub.ac.cb.commenfurabile eft quod bis fub.ac.cb.& quæ ex.ac.cb.igitur cõmenfurabilia funt ei quod bis fub.ac.cb. Sed eis quidem quę ex.ac.cb.æquum eft.eg.ei autem quod bis fub.ac.cb.equum eft.hk. Incommenfurabile igitur eft.eg.ipfi.hk. Quare & ipfa.eh.ipfi.hn.eft longitudine incommenfurabilis:& ipfæ.eh.&.hn.funt rationales. Igitur rationales funt potentia tantum commenfurabiles. Si uero binæ rationales potentia tantũ commenfurabiles compofitæ fuerint:tota irrationalis eft:uocaturq; ex binis nominibus per.xxxvi.x.ipfa igitur.en.ex binis nominibus ẽ diuifa in.h.per eandem iam oftendẽtur:& ipfæ.em.mn.rationales potentia tantum cõmenfurabiles. Igitur ipfa.en.ex binis nominibus per aliud fignum & aliud diuifa & in.h.& in.m.nec eft.eh.ipfi.mn.eadem. Quandoquidem quæ ex.ac.cb.maiora funt eis quæ ex.db.ad. Sed quæ ex.ad.db.maiora funt eo qd' bis fub ad.db.multo igitur magis quæ ex.ac.cb.hoc eft.eg.maius ẽ eo quod bis fub ad.db.hoc eft.mk. Quare &.eh.ipfa.mn.maior eft. Igitur.eh.ipfi.mn.non eft eadem. Quod erat oftendendum.

¶ Theorema.xxxiij.propofitio.xlv.



Maior ad vnum duntaxat fignum diuiditur in nomina.

¶ Sit maior.ab.diuifa in.c.ut p.xxxix.x.ac.cb.potentia tantũ fint commenfurabiles efficientes compofitum ex hiis quæ ex.ac.cb.quadratis rationale:quodq; fub ipfis.ac.cb.medium. Dico q; ipfa.ab.ad aliud fignum nõ diuiditur. Si enim poffibile diuidatur in.d.



ut ipfæ.ad.db.potentia fint incommenfurabiles efficientes quidem compofitum ex quadratis quæ ex.ad.db.rationale:quodq; fub ipfis medium per.xxxix.decimi & quoniam quo differũt quæ ex.ac.cb.eo quod ex.ad.db.hoc differt & quod bis fub.ad.db.eo quod bis fub.ac.cb. Sed quæ ex.ac.cb.ea q̃ ex ad.db.excedunt rationali:rationalia enim utraq;:& quod bis fub.ad.db. igitur id quod bis fub.ac.cb.excedit rationali media exiftẽtia quod eft impoffibile:maior igitur ad aliud & aliud fignũ non diuiditur:p idẽ igitur unũ tãtũ fi

gnum:quod demonſtrare oportebat.

Theorema.xxxiv.propoſitio.xlvi.

Rationale mediumq; potens ad vnum duntaxat ſignuz deſcinditur in nomina.

Eſto rationale mediumq; potens.ab.diuiſa in.c.ut ipſę.ac.cb. potentia ſint cōmenſurabiles efficientes compoſitum ex his q̄ ex.ac.cb.medium:quod autem ſub.ac.cb.rationale.dico q; ad aliud ſignum ipſa.ab.non diuiditur.Si enim poſſibile eſt diuidatur & in.d.& ut.ad.db.potentia ſint incōmenſurabiles efficientes compoſitum ex.ad.db.medium:qd' uero ſub ipſis.ad.db.rationale per.xl.x.Q m̄ enim quo differt quod bis ſub ac.cb.eo quod bis ſub.ad.db.eo differunt & quæ ex.ad.db.eis q̄ ex.ac.cb. Quod aūt ſub.ac.cb.id quod bis ſub.ad.db.rationali excedit & quę ex.ad. db.igitur quę ex.ac.cb.rationali excedunt cū media exiſtant quod impoſſibile ē.Rationale mediūq; potens igitur ad aliud aliudq; ſignum nō diuiditur: ad unum igitur ſignū diuiditur quod oportuit demonſtrare.

a d c b

Theorema.xxxv.propoſitio.xlvij.

Bina potens media ad vnum duntaxat ſignum diuiditur in nomina.

Sit bina potens media.ab.diuiſa in.c.ut ipſę.ac.cb.potentia ſint incōmenſurabiles efficientes per.xxxv.x.cōpoſitum ex eis quæ ex.ac.cb.mediū.quod uero ſub.ac.cb.mediū:& inſuper incōmenſurabile compoſito ex hiis quæ ab ipſis ſunt □.Dico q; ipſa.ab.in alio ſigno non diuiditur efficiens ea quæ propoſita ſunt.Si enim poſſibile diuidatur in. d.ut uidelicet ipſa.ac.ipſi.db.non ſit eadem:ſed maior per hypotheſim ſit.ac. ponaturq; ratiōalis.ef.cōpareturq; per xliii.primi ad ipſam.ef.eis quæ ex.ac. cb.æquum.eg.ei autem quod bis ſub.ac.cb.æquum.hk. Totum igitur.ek. æquum eſt ei quod ex.ab.□.Rurſus cōparetur ad ipſam.ef.eis quæ ex.ad. db.æquum.el.reliquum igitur quod bis ſub.ad.db.reliquo ipſi.mk.eſt æq̄le At qm̄ medium ſupponitur compoſitum ex hiis quæ ex.ac.cb.medium igitur eſt &.eg.&iuxta rationalem.ef.comparatur.Rationalis igitur eſt p.xxvi. x.he.& ipſi.ef.longitudine incōmenſurabilis.Id propterea &.hg.rationalis eſt & ipſi.ef.longitudine cōmenſurabilis:& quoniā cōpoſitum ex hiis quæ ex.ac.cb.incōmenſurabile eſt compoſito ex eo quod bis ex.ac.cb.Igitur & eg.ipſi.hk.eſt incōmenſurabile.Quare &.eh.ipſi.hn.eſt incōmenſurabile. ſuntq; rationales.Ipſæ igitur.eh.hn.rationales ſunt potentia tantum cōmenſurabiles:ipſa igitur.en.ex binis nominibus eſt diuiſa in.h.ſimiliter iam demonſtrabimus q; & in.m.diuiditur:& q;.eh.ipſi.mn.non eſt eadem.ex binis igitur nominibus in alio & alio ſigno diuiditur quod eſt abſurdum: Bina potens media igitur in alio & alio ſigno non diuiditur:in uno igitur tantum ſigno diuiditur quod erat oſtendendum.



Diffinitiones ſecundae.

Propoſita rationali:ex biniſq; nominibus diſiūcta in nomina.Cuius no-

men maius minore maius possit eo quod fit ex sibi longitudine cōmensurabili:si maius nomen longitudine cōmensurabile fuerit expositæ rationali:tota uocetur ex binis nominibus prima.

¶ Si uero nomen minus longitudine cōmensurabile fuerit expositæ rationali:uocatur ex binis nominibus secunda.

¶ Si autem neutrum ipsorum nominum cōmensurabile lōgitudine fuerit expositæ rationali:uocatur ex binis nominibus tertia.

¶ Rursus iam si maius nomen minore maius possit eo quod fit a sibi longitudine cōmensurabili:siquidem maius nomen expositæ rationali longitudine cōmensurabile fuerit:uocatur ex binis nominibus quarta.

¶ Si uero minus:quinta.

¶ Si uero neutrum sexta.


¶ Sex igitur existētibus sic sumptis rectis lineis ordinat ordinatim tres primas:ex quibus maior minore maius potest eo quod fit ex sibi cōmensurabili:secundas uero reliquas tres ordinatim similiter quarum maior minore maius possit eo quod fit ex sibi incōmensurabili:eo quia conterit cōmensurabile incōmensurabili.Et insuper primam ex qua maius nomen expositę rationali cōmensurabile est.Secundam autem ex qua minus:quoniam rursus cōterit maius minore dum continet maius.Tertiam uero cuius neutrum nominum expositæ rationali est cōmensurabile.In hiisq; ordinatim tribus similiter primam pdicti secundi ordinis quartam appellans:secundam uero quintam:ac tertiam sextam.

¶ Problema.xiij.propositio.x lviij.

Inuenire ex binis nominibus primam.



¶ Exponantur bini numeri.ac.bc.ut compositum ex ipsis.ab.ad.bc.rationem habeat quam quadratus numerus ad ▢ numerum:ad ipsum autem.ca.rationem non habeat quam ▢ numerus ad ▢ numerum.exponaturq; qdam rōnalis.d.ac ipsi.d.cōmēsurabilis esto p correlariū.vi.x.lōgitudie.ef.rōnalis igit̄ ē.ef.fiatq; p.ix.x.sicut.ba.numerus ad.ca.sic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.At.ab.ad.ac. rationem habet quam numerus ad numerum.Igitur & quod ex.ef.ad id quod ex.fg.rationē habet quam numerus ad numerum.Quare quod ex.ef.ei quod ex.fg.ē cōmensurabile.Est autem ratiōalis.ef.rationalis igitur est &.fg.Et quoniā.ab.ad.ac.rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum:neq; quod ex.ef.ad id quod ex.fg.rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum incōmensurabilis igitur est.ef.ipsi.fg.longitudine.Ipsę igitur.ef.fg.rationales sunt potentia tantum cōmensurabiles:ex binis igitur nominibus est ipsa.eg.Dico q̄ & prima.Quoniam enim est sicut.ba.numerus ad.ac.ita quod ex.ef.ad id quod ex.fg.maior autem est ipse.ba.ipso.ac.maius igitur est & quod ex.ef.eo quod ex.fg.esto igitur ei qd ex.ef.æqualia quæ ex.fgh.Et quoniam est sicut.ba.ad.ac.sic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.Conuertendo igitur per correlariū.x.ix.v.est sicut.ab.ad.bc.




sic quod ex.ef.ad id quod ex.h.at.ab.ad.bc.rationem habet quam ☐ nume merus ad ☐ numerum:& quod ex.ef.igitur ad id quod ex.h.rationem habet quam.☐.numerus ad ☐ numerum.Cõmensurabilis igitur est.ef.ipsi.h.longitudine.Ipsa igitur.ef.ipsa.fg.maius potest eo quod fit ex sibi commẽsurabili.Ipseq;.ef.fg.rationales sunt. Cõmensurabilisq; est.ef.ipsi.d.longitudine:ipa igitur.eg.ex binis nominibus prima est:quod erat ostendendum.

ℂ Problema.xiv.propositio.xlix.



Omperire ex binis nominibus secundam.

ℂ Explicentur bini numeri.ac.cb.ut ex ipsis compositum.ab.ad.bc.rationem habeat quam quadratus numerus ad quadratũ numerum.Ad ipsum autem.ca.rationem non habeat quã quadratus numerus ad quadratum numerum: exponaturq; rationalis.d.ipsiq;.d.cõmensurabilis esto longitudine.fg.ipsa igitur.fg.rationalis est. Fiat etiam per Correlarium.vi.x.& sicut.ca.numerus ad.ab.sic quod ex.gf.ad id quod ex.fe.Cõmensurabile igitur est id quod ex.gf.ei quod ex.fe.rationalis igitur est &.fe.& quoniam.ca.numerus ad.ab.rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum neq; igitur quod ex.gf.ad id quod ex fe.rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum. Incõmensurabilis igitur est.gf.ipsi.fe.longitudine.Ipsæ igitur.ef.fg.rationales sunt potentia tantum cõmensurabiles:ex binis igitur nominibus est ipsa.eg.ostendendum uero q; & secũda:Quoniam rursus est sicut.ba.numerus ad ac.sic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.maior autem est.ba.ipso.ac.maius igitur & quod ex.ef.eo quod ex.fg.esto autem ei quod ex.ef.æqualia quæ ex.gf.h. Conuertendo igitur per Correlarium.xix.quinti est sicut.ab.ad.ba.sic quod ex.ef.ad id quod ex.h.At.ab.ad.bc.rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum:& quod ex.ef.igitur ad id quod ex.h.rationẽ habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum. Cõmensurabilis igitur est.ef.ipsi.h.lõgitudine.per.ix.decimi.Quare.ef.ipsa.fg.maius potest eo quod fit ex sibi incõmensurabili:& ipsæ.ef.fg.rationales sunt potẽtia tantum commensurabiles.&.fg.nomen minus commensurabile est longitudine ipsi.d.rationali expositæ ipsa igitur.eg.ex binis nominibus est secunda:quod erat faciundum.




ℂ Problema.xv.propositio.l.



Nuenire ex binis nominibus tertiam.

ℂ Exponantur bini numeri.ac.cb.ut ex ipsis compositum.ab.ad.bc.rationem habeat quam quadratus numerus ad quadratum numerum ad ipsum autem.ac.rationem nõ habeat quam ☐ numerus ad ☐ numerũ.Explicetur q; aliquis etiã alius numerus nõ ☐ qui sit.d.& ad utrunq; ipsoꝝ.ba.ac.rõnẽ nõ hẽat quã ☐ numerus ad ☐ numerũ exponaturq; aliqua ratiõalis recta linea quæ sit.e.Fiatq; sicut.d.ad.ab sic quod ex.e.ad.fg.Commensurabile igitur est quod ex.e.ei quod ex.fg.est autem.e.rationalis.Rationalis igitur est &.fg.per diffinitionem Et quoniam




d.ad.ab.rationem non habet quam □ numerus ad □ numerū: neq; quod ex.e.ad id quod ex.fg.rationem habet quam □ numerus ad □ numerum. Incōmensurabilis igitur est.e.ipsi.fg.longitudine per.ix.x. Fiat iam rursus sicut.ab.numerus ad.ac.sic quod ex.fg.ad id quod ex.gh. Cōmensurabile igitur est quod ex.fg.ei quod ex.gh. Rationalis autē est.fg. Rationalis igitur & gh.& quoniā.ba.ad.ac.ratonē non habet quā □ numerus ad □ numerū: neq; quod ex.fg.ad.id quod ex.hg.ratonē hēt quā □ numerus ad □ numerū. Incōmensurabilis igitur est.fg.ipsi.gh.longitudine. Ipsę igitur.fg.&. gh.rationales sunt potentia tantū cōmensurabiles. Igitur ipsa.fh.ex binis nominibus est. Aio etiam q; & tertia. Q m̄.n.est sicut.d.ad.ab.sic est id quod ex e.ad id quod ex.fg.sicut.ba.ad.ac.sic quod ex.fg.ad.id quod ex.gh.ex æquali igitur per.xxii.v.est sicut.d.ad.ac.sic quod ex.e.ad id quod ex.gh. At.d.ad ac.rationem non habet quā □ numerus ad □ numerū: neq; quod ex.e.igitur ad id quod ex.gh.rationē habet quā □ numerus ad □ numerū. Incommensurabilis est igitur.e.ipsi.gh.longitudine: & q̄m est sicut.ba.ad.ac.sic qd ex.fg.ad id quod ex.gh.maius igitur est quod ex.fg.eo qd ex.gh. Esto igitur ei quod ex.fg.æqualia quæ ex.ghk. Conuertēdo igitur per.xix.v.& eius correlariū est sicut.ab.ad.bc.sic quod ex.fg.ad id quod ex.k.at.ab.ad.bc.rationem habet quā □ numer9 ad □ numerū: & quod ex.fg.igitur ad id quod ex.k.rationē habet quā □ numerus ad □ numerū & quod ex.fg.igitur ad id quod ex.k.rationē habet quam □ numerus ad □ numerū. Cōmensurabilis igitur est.fg.ipsi.k.longitudine. Ipsa igitur.fg.ipsa.gh.maius potest eo quod fit ex sibi longitudine cōmensurabili. Ipsæq;.fg.gh.rationales sunt potentia tantū cōmensurabiles. Ac neutra ipsarū cōmensurabilis ē ipsi.e.lōgitudine.ipsa igit̄.fh.ex binis noībus tertia est: quod inuenire oportebat.

❡ Problema.xvi.propositio.li.

Inuenire ex binis nominibus quartam.



❡ Exponantur bini numeri.ac.cb.ut.ab.ad utrunq; ipsorū rationem nō habeat quā □ numerus ad □ numerū: exponaturq; rationalis.d. Ipsiq;.d.cōmensurabilis esto lōgitudine ipsa.ef. Rationalis igitur est ipsa.ef. Fiatq; sicut.ba.numerus ad.ac.sic quod ex.ef.ad id quod ex.fg. Cōmensurabile igitur est per diffinitionem quod ex.ef.ei quod ex.fg. Rationalis autē est per Correlariū.vi.x.ef. Rationalis igitur est per.vi. x.&.fg.& q̄m.ba.ad.ac.rationē non habet quā □ numerus ad □ numerū neq; quod ex.ef.igitur ad id quod ex.fg.rationē habet quā □ numerus ad □ numerū. Incōmensurabilis igitur est.ef.ipsi.fg.longitudine. Ipsæ igit̄.ef. fg.rationales sunt potentia tantū cōmēsurabiles. Q uare ipsa.eg.ex binis nominibus est. Dico iam q; & quarta. Q m̄.n.est sicut.ba.ad.ac.sic quod ex.ef. ad id quod ex.fg.maior autē est.ba.ipsa.ac.maius igitur & quod ex.ef.eo qd ex.fg.esto nempe ei quod ex.ef. æqualia quæ ex.fgh. Conuertendo igitur per decimānonam.v.& eius correllarium: sicut.ab.numerus ad.bc.sic quod ex.ef.ad id quod ex.h.ipsa uero.ab.ad.bc.rationē nō habet quam □ nume-




rus ad ☐ numerum:neq; igitur quod ex.ef.ad id quod ex.h.ratione habet quã ☐ numerus ad ☐ numerũ.Incõmensurabilis igitur est per.ix.x.ef.ipsi h.longitudine:Ipsa igitur.ef.ipsa.gf.maius potest eo quod fit ex sibi incõmensurabili:& ipse.ef.fg.rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles:&.ef.ipsi d.cõmensurabilis est lõgitudine:ipsa igitur.eg.ex binis nominibus est quarta:quod erat inueniendum.

Problema.xvij.propositio.lij.

Inuenire ex binis nominibus quintam.


I Explicentur bini numeri.ac.cb.ut.ab.ad utrunq; ipsorũ rationem non habeat quã ☐ numerus ad ☐ numerũ.Exponaturq; aliqua rationalis recta linea.d.ac.ipsi.d.cõmensurabilis esto per diffinitionẽ longitudine.fg.Fiatq; sicut.ca.ad.ab.sic quod ex.gf.ad id quod ex.fe.Cõmensurabile igitur est quod fit ex.gf.ei quod fit ex.fe.Rationalis igitur est per.vi.x.&.fe.& quoniã.ca.ad.ab.rationẽ non habet quã ☐ numerus ad ☐ numerũ.Neq; quod ex.gf.igitur ad id quod ex.fe.ratione hẽt quã ☐ numerus ad ☐ numerũ.Incõmensurabilis igitur est per.ix.x.gf.ipsi.fe.longitudine.Ipse igitur.ef.fg.rationales sunt potentia cõmensurabiles tantũ ex binis igitur nominibus est ipsa.eg.per.xxxvi.x.Dico iã q; & quinta.Q m̃ enim est sicut.ca.ad.ab.sic quod ex.gf.ad id quod ex.fe.Rursus sicut.ba.ad.ac.sic quod ex.ef.ad id quod ex.fg.maior autẽ est.ba.ipsa.ac.maius igitur ẽ quod ex.ef.eo quod ex.fg.Esto nempe ei quod ex.ef.æqualia quod ex.gf.h.Conuertẽdo igitur per.xix.v.& eius Correlarium est sicut.ab.numerus ad bc.sic quod ex.ef.ad id quod ex.h.At.ab.ad.bc.rationẽ non habet quam ☐ numerus ad ☐ numerũ:neq; igitur quod ex.ef.ad id quod ex.h.rõnẽ habet quam ☐ numerus ad ☐ numerũ.Incõmẽsurabilis igitur est per.ix.x.ef.ipsi h.longitudine:Quare.ef.ipsa.fg.maius potest eo quod fit ex sibi incõmensurabili.Suntq; rationales potentia tantum commensurabiles:&.fg.nomen minus cõmensurabile est expositæ rationali.d.longitudine.Ipsa igitur.eg.per.xlviii.x.quinta ẽ ex binis nominibus:quod erat inueniendum.



Problema.xviij.propositio.liij.

Inuenire ex binis nominibus sextam.

I Explicentur bini numeri.ac.cb.ut.ab.ad utrũq; ipsorũ rationem non habeat quam ☐ numerus ad ☐ numerũ.Sitq; etiã alius numerus.d.non existens ☐ qui ad utrunq; ipsorũ.ba.ac.rationem nõ habeat quã ☐ numerus ad ☐ numerũ.exponaturq; aliqua recta linea rõnalis quæ sit.e.Fiatq; per diffinitionem sicut.d.ad.ab.sic quod ex e.ad id quod ex.fg.Cõmensurabilis igitur est per.vi.x.e.ipsi.fg.potentia:estq; rationalis.e.Rationalis igitur est &.fg.& quoniam.d.ad.ab.rationẽ nõ habet quam ☐ numerus ad ☐ numerũ:neq; quod ex.e.igitur ad id quod ex.fg.rationẽ habet quam ☐ numerus ad ☐ numerũ.Incõmensurabilis igitur est.e.ipsi.fg.longitudine:Fiat iam rursus sicut.ba.ad.ac.sic quod ex.fg.ad id quod ex.gh.Cõmensurabile igitur est per.vi.x.quod ex.fg.ei quod ex.gh.




Rationale autē est quod ex.fg.rationale igitur & quod ex.gh.rationalis igitur gh.Et qm̄.ba.ad.ac.ratione non habet quā □ numerus ad □ numerū:neq; igitur quod ex.fg.ad id quod ex.gh.ratione habet quā □ numerus ad □ numerū.Incōmensurabilis igitur est.fg.ipsi.gh.longitudine. Ipsę igitur.fg.gh. rōnales sunt potentia tantū cōmensurabiles.ex binis igitur nominibus ē.fh. per.xxxvi.x.Ostendendū uero q; & sexta.qm̄ enim est sicut.d.ad.ab.sic qd' ex.e.ad id quod ex.fg.est autē & sicut.ba.ad.ac.sic quod ex.fg.ad id quod ex gh.ex æquali igitur per.xxii.v.est sicut.d.ad.ac.sic quod ex.e.ad id quod ex. gh.At.d.ad.ac.ratione non habet quā □ numerus ad □ numerū:neq; igitur quod ex.e.ad id quod ex.gh.ratione habet quā □ numerus ad □ numerū. Incōmensurabilis igitur est.e.ipsi.hg.longitudine:patuit autē q; & ipsi.fg.In cōmensurabilis est igitur utraq; ipsarū.fg.&.gh.ipsi.e.longitudine:& qm̄ est sicut.ba.ad.ac.sic est quod ex.fg.ad id quod ex.gh.maius igitur est quod ex fg.eo quod ex.gh.Esto igitur ei quod ex.fg.æqualia quæ ex.gh.k.Conuertē do igitur per.xix.v.& Correlariū eiusdē sicut.ab.ad.bc.sic quod ex.fg.ad id quod ex.k.At.ab.ad.bc.ratione non habet quā □ numerus ad □ uumerū Quare neq; quod ex.fg.ad id quod ex.k.ratione habet quā □ numerus ad □ numerū.Incōmensurabilis igitur est.fg.ipsi.k.longitudine ipsa igitur.fg. ipsa.gh.maius potest eo quod fit ex sibi incōmēsurabili.Suntq; ipsæ.fg.gh. rationales potentia tantū cōmensurabiles.Ac ipsarum.fg.gh.neutra cōmē surabilis est longitudine ipsi.e.expositę ratiōali.ipsa igitur.fh.ex binis nominibus est sexta:quod erat inueniendum.

¶ Interpres.

¶ Præcedens problema dum Campanus inuoluit & suis nugis obtenebrat non aduertit q; demonstratio subsequens quæ de areis facit mentionē indiget demonstratione aliqua quę illā enodet disciplinam:& sic lemma hoc subsequens ptermissit:quod sic inuentum in codicibus græcis demonstrationibus necessariū sub sequentibus latinū faciundū existimauimus:in hoc trūcus ipse Euclides uideretur: sine hoc nanq; subsequēti lemmate subsequentia theoremata itelligere penitus est impossibile.

¶ Lemma.




¶ Sint bina □ □.ab.bc.exponaturq; per.xiiii.primi ut.db.ipsi.be.sit in rectas lineas.In rectas lineas igitur est &.fb.ipsi.bg.Compleaturq; parallelogramū.ac.Dico q;.ac.□ est:& q;.dg.ipsorū.ab.bc.mediū est ꝓportionale: & insuper.dc.ipsorū.ac.cb.mediū:proportionale est. Qm̄ enim.db.ipsi.bf. est æquale:&.be.ipsi.bg.totū igitur.de.toti.fg.est æquale. Sed.de.utriq; ipsarū.ah.kc.est æqualis:&.gf.utriq; ipsarū.ak.ch.est æqualis:& utraq; igitur ipsarū.ak.kc.utriq; ipsarū.ah.hc.est æqualis.Igitur per.xxxiii.primi parallelogrāmum.ac.æquilaterū est:est quoq; & rectangulū □ igitur ē.ac.per.xlvi. primi.Et qm̄ est sicut.fb.ad.bg.sic.db.ad.be.Sed sicut quidē.fb.ad.bg.sic p primā.yi.ab.ad.dg.Sicut uero.db.ad.be.sic.dg.ad.bc.& sicut igitur.ab.ad.


dg.sic.dg.ad.bc.Igitur.dg.ipsoꝝ.ab.bc.medium:proportionale est.Dico iã ꝙ &.dc.ipsoꝝ.ac.cb.mediũ proportiõale est.Q ̃m igitur est sicut.ad.ad.dk. sic est.kg.ad.gc.æqualis est enim altera alteri:& cõponẽdo per.xviii.v.sicut ak.ad.kd.sic.kc.ad.cg.Sed sicut.ak.ad.kd.sic.ac.ad.cd.Sicut aũt.kc.ad.cg. sic per primã.vi.dc.ad.cb.igitur.dc.ipsoꝝ.ac.cb.mediũ & ꝓportionale est.

Theorema.xxxvi.propositio.liv.

Si areola comprehendatur sub rationali ac ex binis nominibus prima:quae areolam potest irrationalis est ex binis nominibus vocata.



Areola & enim.abcd.cõprehendatur sub rationali.ab.& ex prima ex duobus nominibus.ad.Dico ꝙ ipsam.ac.areolam potens irratiõalis est ex binis uocata nominibus.Q ̃m enim p.xlii.x.ex binis nominibus est prima ipsa.ad.diuidatur in noĩa in.e.Sitq; maius nomen.ae.manifestũ iam ꝙ ipsę.ae.ed.rationales sunt potentia tantum cõmensurabiles:&.ae.ipsa.ed. maius potest eo quod fit ex sibi cõmensurabili:& ae.per.xlviii.x.cõmensurabilis est expositæ rationali.ab.longitudine.Secetur iam per.x.primi.ed.bifariã in signo.f.& qm̃.ae.ipsa.ed.maius potest eo quod fit ex sibi incõmensurabili.si quartæ igitur parti per.xvii.x.eius qd' ex minore hoc est ei qd' ex.ef. æquum ad maiorẽ.ae.cõparatũ fuerit deficiẽs specie a ☐ incõmensurabilia distribuit p cõuersionẽ.xviii.x.Cõparetᷓ p.xxviii.vi.igitᷓ ad ipsã.ae.ei qd' ex. ef.æquũ qd' sub.ag.ge.Cõmẽsurabilis igitᷓ est.ag.ipsi.ge.longitudine:excitenturq; per.xxxi.primi p ipsam.gef.utriq; ipsaꝝ.ab.dc.paralleli.gh.ek.fl.& ipsi quidẽ.ah.parallelogrãmo æquum per.xiiii.ii.☐ cõstituatur.fn.ipsi autem.gk.np.ponaturq; per.xiiii.primi sicut in rectas lineas.mn.ipsi.nx.in rectas igitur lineas est &.rn.ipsi.no.Cõpleaturq; ipsũ.sp.parallelogrãmũ.☐ igitur est.sp.& qm̃ qd' sub.ag.ge.æquũ est ei qd' ex.ef.p postẽsum lẽma Est igitur p cõstructionẽ sicut.ag.ad.ef.sic est.fe.ad.eg.& sicut igitᷓ p.xiiii.vi.ah .ad.el.sic.el.ad.kg.Ipsoꝝ igitur.ah.gk.p p̃oñsum lẽma mediũ.el.ꝓportionale est.Sed.ah.quidẽ per primã sexti & conuersionẽ.xviii.vi.æquũ est ipi.fn. &.gk.æquũ est ipsi.np.Ipsoꝝ igitur.fn.np.mediũ.el.proportionale est.Est autẽ ipsoꝝ.fn.np.mediũ.mr.proportionale.p p̃oñsum lẽma.æquũ est igitᷓ. mr.ipsi.el.Sed.mr.quidẽ ipsi.rx.æquũ est:&.el.ipsi.fc.totum igitur.ec.ipsis mr.ox.est æquale.Sunt autẽ & ipa.ah.gk.ipsis.fn.np.æqualia:per.xliii.primi totũ igitur.ac.æquũ est toti.sp.hoc est ei quod ex.mx.fit ☐ igitur ipsa. mx.ipsum põt.ac.Dico iam ꝙ ipsa.mx.ex binis nominibus est.Q ̃m enĩ cõmensurabilis est p.xv.x.ag.ipsi.eg.cõmensurabilis igitur est per.xii.x.&diffinitionẽ &.ge.utriq; ipsaꝝ.ag.ge.Supponitur aũt per.ix.x.&.ae.ipi.ab.commensurabilis:& ipsę igitur.ag.ge.ipsi.ab.sunt cõmensurabiles.Ratiõalis uero est.ab.rõnalis igitur est & utraq; ipsaꝝ.ag.ge.Rationale igitur est & utrũq; ipsorũ.ah.gk.Cõmensurabile ãt est per primã.vi.& xi.x.ah.ipsi.gk.Sed ah.ipsi quidẽ.fn.est æquale.ipsum uero.gk.ipsi.np.& ipsa igitur.fn.np.hoc est quod ex.mn.nx.rationalia sunt:& cõmensurabilia.Et qm̃ incõmensura-



xlviii.&.xxxvi.x.possibile est pdicta inqrere.



bilis est.ae.ipsi.ed.longitudine:sed ipsa quidẽ.ae.ipsi.ag.est cõmensurabilis. Ipsa autẽ.de.ipsi.ef.cõmensurabilis per.xiii.x.Incõmensurabilis igitur est & ag.ipsi.ef.Quare &.ah.ipsi.el.incõmensurabilis est.Sed.ah.quidẽ ipsi.fn.ẽ æquale:ipsum uero.el.ipsi.mr.&.fn.igitur ipsi.mr.incõmẽsurabile est. Sed sicut.fn.ad.mr.&.on.ad.nr.incõmensurabilis igitur est.on.ad.nr.æqualis autem est.on.ipsi.mn.&.nr.ipsi.nx.incõmensurabilis igitur est.mn.ipsi.nx.& quod ex.mn.cõmensurabile est ei quod ex.nx.& utrunqꝫ rõnale.Ipsę igitur mn.nx.rõnales sunt potẽtia tantũ cõmẽsurabiles ipsa igitur.mx.ex binis nominibus est:ipsamqꝫ.ac.potest quod erat ostendendum.


Interpres.

Campanus non aduertens hoc loco & subsequentibus quinqꝫ theorematibus Euclidẽ loqui de a reolis:dicereqꝫ qꝫ quæ areolã põt irrationalis ẽ: illud irrationalis reliqt:& sic nescitur an ea linea quę areolã potest sit rationalis aut irrationalis.longe rectius sentiunt & habent codices gręci quos in ipsum Euclidem interpretando sequuti sumus.

Theorema.xxxvij.propositio.lv.

Si areola comprehensa fuerit sub rationali:& ex binis nominibus secunda:areolam potens irrationalis est:vocaturqꝫ ex binis prima medijs.

Comprehendatur areola.abcd.sub rationali.ab.ac ex binis nominibus secunda.ad.Dico qꝫ.ac.areã potens ex binis mediis est prima. Quõ eni ex binis noib9 secũda ẽ.ad.diuisa in noia isigno.e.ut maius nomẽ sit ae.ipsę giť.ae.ed.p.xix.x.rõnales sũt potẽtia tm̃ cõmensurabiles:&.ae.ipsa. ed.mai9 põt eo qd' fit ex sibi cõmẽsurabili.Ac nomẽ minus.ed.cõmẽsurabile est ipsi.ab.lõgitudie.Secetur p.x.i.ipa.ed.bifariã i signo.f.& ei qd ex.ef.equũ ad ipsum.ae.cõparetur per.xxviii.vi.defficiens specie a □ quod sub.ag.ge. Cõmensurabilis igitur est per.xvii.x.ag.ipsi.ge.longitudine:& per ipsa.gef. signa excitentur per.xxxi.primi paralleli ipsis.ab.cd.sintqꝫ.gh.ek.fl.Ac ei quidem quod ex.ah.parallelogrãmũ construatur p.xiiii.ii.æquũ □.fn.Ipsi autem.gk.æquũ □.np.ponaturqꝫ per.xiiii.primi sicut in rectas lineas.mn.ipsi nx.in rectas lineas igitur est &.rn.ipsi.no. Compleaturqꝫ.sp.□:manifestũ iam ẽ ex preostẽso lẽmate qꝫ.mr.mediũ pportiõale ẽ ipsoꝝ.fn.np.& per pcedens theorema æquũ ipsi.el.& qꝫ.ac.areã potest.mn.&.nx.oñdendũ iam qꝫ mx.ex binis mediis est prima.Quõ.ae.ipsi.ed.est incõmensurabilis longitudine.Cõmensurabilis aũt est per lẽma.xiii.x.ed.ipsi.ab.incõmẽsurabilis igitur est.ae.ipsi.ab.longitudine:& quõ cõmensurabilis est.ag.ipsi.eg.cõmẽsurabilis est &.ae.utriqꝫ ipsaꝝ.ag.ge.&.ae.rationalis est.ratiõalis igitur & utraqꝫ ipsaꝝ.ag.ge.per cõparationẽ & quoniã incommensurabilis est.ae.ipsi.ab. cõmensurabilis autẽ est.ae.utriqꝫ ipsaꝝ.ag.ge.& ipsę.ag.ge.igitur cõmẽsurabiles sunt ipsi.ab.Ipsę.ba.ag.ge.igitur rationales sunt potentia tantũ commensurabiles.Quare per.xiii.x.utrunqꝫ ipsorũ.ah.gk.medium est.Quare & utrunqꝫ ipsorum.fn.np.medium est:& ipsæ.mn.nx.igitur mediæ sunt p




xxi.x.& qm̃ cõmensurabilis est.ag.ipsi.ge.longitudine.Cõmensurabile est &.ah.ipsi.gk.hoc est.sn.ipsi.np.hoc est quod ex.mn.ei quod ex.nx.Quare & ipsæ.mn.nx.potentia sunt cõmensurabiles:& quoniã incõmensurabilis ẽ ae.ipsi.ed.longitudine:sed ipsa quidẽ.ae.cõmensurabilis est ipsi.ag.&.ed.ipsi ef.Incõmensurabilis igitur est per.xiii.x.ag.ipsi.ef.Quare per primam.vi.& xi.x.&.ah.ipsi.el.incõmensurabile est:hoc est.sn.ipsi.mr.hoc est.on.ipsi.nr. hoc est.mn.ipsi.nx.incõmensurabilis longitudine est.Ostensum autẽ est ꝙ ipsę.mn.nx.mediæ existentes potentia sunt cõmensurabiles. Ipsæ igit̃.mn. nx.mediæ sunt potentia tantũ cõmensurabiles.Dico iam ꝙ & rationale cõprehendunt.Quoniã enĩ per.xxxiiii.x.de.supponitur utraqꝫ ipsarꝫ.ab.ef.cõmensurabilis.cõmensurabilis igitur est &.fe.ipsi.ek.& utraqꝫ ipsarũ rationalis.Rationale igitur est.el.hoc est.mr.Sed.mr.est quod sub.mn.&.nx.Si uero per.xxxvii.x.binæ mediæ potentia tantũ cõmensurabiles compositę fuerint rationale comprehendentes:tota irrõnalis est uocaturqꝫ ex binis prima mediis:igitur ipa.mx.ex binis est prima mediis:quod erat oñdendum.


¶ Theorema.xxxiix.propositio.lvi.



Si superficies sub rationali:& ex binis nominibus tertia comprehensa fuerit:superficiem potens irrationalis est: appellaturqꝫ ex binis secunda medijs.

¶ Areola nanqꝫ.abcd.cõprehendatur sub rationali.ab.ac ex binis nominibus tertia.ad.diuisa in nomina in.e.Quorꝫ maius sit.ae. Dico ꝙ areolam.ac.potens irrationalis est . uocaturqꝫ ex binis secunda nominibus. Constituantur nãqꝫ eadẽ quæ prius:& qm̃.ad.ex binis est tertia noibus. Ipsę igitur.ae.ed.rationales sunt potentia tantũ cõmẽsurabiles & ipsa.ae.ipsa.ed. maius potest eo quod sit ex sibi cõmẽsurabili:& ipsarꝫ.ae.ed.neutra ipsi.ab. est cõmensurabilis longitudine.Similiter iam ex hiis quę pri9 sunt ostẽsa demonstrabimus ꝙ ipsæ.mn.nx.mediæ sunt potentia tantũ cõmensurabiles. Quare.mx.ex binis est mediis.Ostendendũ etiã ꝙ & secunda.qm̃ incõmensurabilis est per.xxxiiii.x.de.ipsi.ab.longitudine.hoc est ipsi.ek.atqꝫ per xiii.x.de.cõmensurabilis est ipsi.ef.Incõmensurabilis igitur est per.xxi.x.ef. ipsi.ek.longitudine suntqꝫ rationales: ipsę.fe.ek.igitur rationales sunt potentia tantum cõmensurabiles.medium igitur est.ed.hoc est.mr. cõprehenditurqꝫ sub.mnx.medium igitur est quod sub.mnx.ipsa igitur.mnx.ex binis ẽ secunda mediis quod fuerat ostendendum.





¶ Theorema.xxxix.propositio.lvij.




Si areola sub rationali ac ex binis quarta nominibus cõprehensa fuerit: ipsam areolam potens irrationalis est vocaturqꝫ maior.

¶ Areola nanqꝫ.ac.comprehendatur sub rationali.ab.& ex binis quarta noibus.ad.diuisa in nomina in.e.quorum maius esto.ae. Dico ꝙ areolam.ac.potens irrationalis est.appellata maior.Quoniã enim.ad.ex binis est quarta nominibus:ipsę igitur.ae.ed.rationales sunt potentia tantũ cõ

mensurabiles &.ac.ipsa.ed.maius potest eo quod fit ex sibi cōmensurabili:
&.ac.ipsi.ab.longitudine cōmensurabilis est:secetur per.x.primi.de.bifariā
in.f.& ei quod ex.ef.æquū ad.ae.cōparetur per.xxviii.vi.parallelogrāmum
quod sub.ag.ge.Incōmensurabilis igitur est per.xviii.x.ag.ipsi.eg.longitu-
dine.excitentur per.xxxi.primi paralleli ipsi.ab.sintq.gh.ek.fl.Fiantq reli-
qua eadem sicut in p̄cedenti.Manifestū iam est q.mx.est potens ipsam are
olam.ac.Ostendendū uero q.mx.irrationalis est:appellata maior.Q m̄ per
primā.vi.&.xi.x.icōmensurabilis est.ag.ipsi.eg.longitudine.Incōmensura-
bile est &.ah.ipsi.gk.hoc est.sn.ipsi.np.Ipsę igitur.mn.nx.potentia sunt icō
mensurabiles:& qm̄ incōmensurabilis est.ae.ipsi.ab.longitudine.Rationale
est.ak.& æquū est eis quæ ex.mn.nx.Rationale igitur est conflatū ex hiis q̄
ex.mn.nx.& qm̄ per.xxxiiii.x.incōmensurabilis est.de.ipsi.ab.longitudine
hoc est ipsi.ek.Sed per.xiii.x.de.cōmensurabilis est ipsi.ef.incōmensurabi-
lis igitur est.ef.ipsi.ek.longitudine.Ipsę igitur.ek.ef.per.xxi.x.rationales sūt
potentia tantū cōmensurabiles.Mediū igitur est.le.hoc est.mr.Cōprehēdi-
turq sub.mn.mediū igitur est qd' sub.mn.nx.& cōpositum ex hiis quæ ex.
mn.nx.rationale:&.mn.ipsi.nx.potentia incōmensurabilis est.Si autem.p.
xxxix.x.duæ lineę incōmensurabiles cōpositæ fuerint efficientes cōpositum
ex hiis quæ ex ipsis sunt ▯▯ rationale:quod uero sub ipis mediū:tota irra
tionalis est:appellatur autē maior.Ipsa igitur.mx.irrationalis est:uocata ma
ior:ipsamq.ac.areolam potest quod erat ostendendum.

Nota q figura inferius po
sita & huic & subsequen-
ti seruit theoremati.



Theorema.xl.propositio.liix.



Si areola comprehendatur sub rationali:ac ex binis qui
ta nominibus:areolam potens irratiōalis est : appellata
rationale mediumq potens.


Areola & enim.ac.cōprehendatur sub rationali.ab.ac ex bi-
nis quinta nominibus.ad.disiuncta in nomina in.e.ut maius nomen sit.ae.
Dico q ipsam.ac.areolā potens irrationalis est appellata rationale medium
q̄ potens.construantur enim ea q̄ superius demonstrata sunt.non dubiū q.
ac.areolā potens est.mx.ostendendū iam q.mx.est rationale mediumq; po
tens.Q uoniā eni incōmensurabilis est.ag.ipsi.ge.Incōmensurabile igit̄ est
per primā.vi.&.xi.x.&.ah.ipsi.he.hoc est quod ex.mn.ei quod ex.nx.Ipsæ
igitur.mn.nx.potentia sunt incōmensurabiles:& qm̄.ad.ex binis est quinta
nominibus ac eius minus segmentū est.ed.cōmensurabilis igitur est.ed.ipi
ab.longitudine.Sed.ea.ipsi.ed.est incōmensurabilis:&.ab.igitur per.xiii.x.
ipsi.ae.est incōmensurabilis longitudine.Ipsæ igit̄.ab.ae.rationales sunt po
tentia tantū cōmensurabiles:mediū igitur est per.xxi.x.ak.hoc est conflatū
ex hiis quæ ex.mn.nx.& qm̄ incommensurabilis est.de.ipsi.ab.longitudine
hoc est.ek.Sed.de.ipsi.ef.cōmēsurabilis est.&.ef.igitur per.xii.x.ipsi.ek.cō-
mensurabilis est.Rationalis autē.ek.rationale igitur per.xix.x.&.el.hoc est
mr.hoc est quod sub.mnx.Ipsę igitur.mn.nx.per.xl.x.potentia incōmensu
rabiles sunt:efficientes conflatum ex ipsarum quadratis mediū:& quod sub ip-

sis rationale: ipsa igitur. mx. est rationale mediumque potens: ipsamque potest aream. ac. quod fuerat demonstrandum.

Theorema. xli. propositio. lix.

Si areola comprehendatur sub rationali: et ex binis sexta nominibus: areolam potens irrationalis est appellata bina potens media.

Areola namque. abcd. comprehendatur sub rationali. ab. et ex binis sexta nominibus. ad. diuisa in nomina in. e. ut maius nomē sit. ae. Dico quod ipsā. ac. potens irrationalis est appellata bina potens media. Construatur enī quae et in preostensis: non dubiū quod. mx. est potens ipsā. ac. et quod incōmensurabilis est. mn. ipsi. nx. potentia: et quoniā incōmensurabilis est. ae. ipsi. ab. lōgitudine: ipsę igitur. ae. ab. rationales sunt potentia tantū cōmensurabiles medium igitur est per. xxi. x. ak. hoc est cōpositū ex hiis quę ex. mn. nx. Rursus quoniā incōmensurabilis est. ed. ipsi. ab. longitudine: incōmensurabilis igitur est. ef. ipsi. ck. et. fe. ek. igitur rationales sunt potentia tantū cōmensurabiles. mediū igitur est per eandē. el. hoc est. mr. hoc est cōflatū sub. mn. nx. et quoniam incōmensurabilis est. ae. ipsi. ef. et. ak. ipsi. el. incōmensurabile est. Sed ak. quidē est conflatū ex hiis quae ex. mn. nx. et. el. est quod sub. mn. nx. incōmensurabile igitur est per primā. vi. et. xi. x. cōpositū ex hiis quae ex. mn. nx ei quod sub. mn. nx. et ipsorū utrunque mediū est. Ipsę igitur. mn. nx. per. xli. x. potentia sunt incōmensurabiles. Ipsa igitur. mx. bina potens est media: et ipsam potest. ac. quod ostendere oportebat.



Lemma.

Si recta linea secetur in inaequalia: quae ab inaequalibus q̄drata maiora sunt eo quod bis sub inaeq̄libus cōprehensū ē rectāgulū.

Sit recta linea. ab. seceturque in inaequalia in. c. sitque maior. ac. Dico quod quae ex. ac. cb. maiora sunt eo quod bis sub. ac. cb. secetur enī per. x. primi. ab. bifariam in. d. Quoniā igitur recta linea secta est in aequalia in. d. et in inaequalia in. c. igitur per. v. secundi quod sub. ac. cb. una cū eo quod ex. cd. aequū est ei quod ex. ad. et perinde quod sub. ac. cb. minus est eo quod ex. ad. Quod igitur bis sub. ac. cb. est minus q̄ duplum eius quod ex. ad. Sed quae ex. ac. cb. dupla sunt eorum quae ex. ad. dc. ergo quae ex. ac. cb. maiora sūt eo quod bis sub. ac. cb. quod erat ostendendum.

Interpres.

Campanus qui de latitudinibus de quibus in subsequentibus sex theorematibus loquuturus est Euclides nullā habuit peritiā et non aduertēs quod priusq̄ de ipsis latitudinibus fiat aliqua demonstratio: est necessū quoddā ostēdere medium: ut facilius subsequentia innotescant: pretermisit lēma precedens quod subsequenti theorematis admodū necessariū est.

Theorema. xlii. propositio. lx.

Quae ab ex binis nominibus ad rationalē comparata latitudo efficit ex binis nominibus primam.

¶ Esto ex binis nominibus.ab.diuisa in nomina in.c.ut maius nomen sit.ac. exponaturq; rationalis.de.& ei quod ex.ab.æquũ ad ipsã.de.comparetur p xxviii.vi.defg.latitudinẽ efficiens.dg.Dico q.dg.ex binis est prima nominibus.Cõparetur enim per.xliiii.primi ad.de.ei quidẽ quod ex.ac.æquũ.dh.ei aũt quod ex.bc.æquũ.kl.Reliquũ igitur qđ bis sub.ac.cb.p.iiii.ii.ęquũ ẽ ipsi mf.Secetur per.x.i.quidẽ.mg.bifariam in.n.exciteturq; per.xxxi.i. parallelus.nx.utriq; ipsarũ.ml.gf. Vtrunq; igitur p.xxxi.x.ipsorũ.mx.nf.ęquũ est ei quod sub.ac.cb.& qm̃.ab.ex binis nominibus est diuisa in nomina in.c.ipsæ igit̃.ac.cb.rõnales sũt potẽtia tm̃ cõmẽsurabiles.Q uę igit̃ ex.ac.cb.rõnalia sunt:& sibi iuicẽ cõmẽsurabilia.Q uare & cõflatũ ex hiis q̃ ex.ac.cb.cõmẽsurabile ẽ eis q̃ ex.ac.cb.Rõnale igit̃ est cõpositũ ex hiis q̃ ex.ac.cb.& ipsi.dl. est ęq̃le. Rõnale p.xv.x.igitur ẽ.dl.&ad ipsã.de.cõparatur.Rõnalis igitur p xx.x.dm.& ipsi.de.longitudine cõmensurabilis.Rursus quoniã.ac.cb.rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles.mediũ igitur est quod bis sub.ac. cb.hoc est.mf.&ad ipsam cõparatur.ml.rationalẽ.Rõnalis igitur est &.mg. & ipsi.lm.incõmẽsurabilis.hoc est ipsi.de.longitudine est autẽ &.md.ratiõalis.& ipsi.de.longitudine cõmensurabilis.Incõmensurabilis igitur est p.xiii. x.dm.ipsi.mg.longitudine.Suntq; rationales ipsę igitur.dm.mg.rationales sunt potentia tantũ cõmẽsurabiles ex binis nominibus igitur est per.xxxvi. x.dg.Ostendendũ q & prima.Q uoniã.n.per lẽma p̃cedens.liiii.x.eorũ q̃ ex.ac.cb.mediũ proportiõale est quod sub.ac.cb.& ipsorũ igitur.dh.kl.medium proportionale est.mx.Est igitur per constructionem sicut.dh.ad.mx. sic.mx.ad.kl.hoc est sicut.dk.ad.mn.sic.mn.ad.mk.Q uod igitur sub.dk. km.æquum est ei quod ex.mn.& quoniã cõmensurabile est quod.ex.ac.ipsi quod ex.bc.cõmensurabile est &.dh.ipsi.kl.quare per primã.vi.&.xi.x.&. dk.ipsi.km.cõmensurabilis est.& quoniã maiora sunt quæ ex.ac.cb.eo qđ bis sub.ac.cb.maius igitur est &.dl.ipso.mf.Q uare p lẽma precedens: & p primã sextí:&.dm.ipsa.mg.maior est:& est æquale quod sub.dk.km.ei qđ ex.mg.hoc est quartæ parti eius quod ex.mg.& cõmensurabilis est.dk.ipsi. km.Si uero per.xvii.x.fuerint binæ rectę lineę inęquales quartæ autem parti eius quod ex minore æquũ ad maiorem cõparetur defficiens specie a quadrato:& in cõmensurabile ipsam diuiserit:maior minore maius potest eo qđ fit ex sibi cõmẽsurabili.Ipsa igitur.dm.ipsa.mg.maius potest eo quod fit ex sibi cõmensurabili. Suntq; rõnales ipsę.dm.mg.&.dm.nomẽ maius existẽs cõmensurabilis est longitudine ipsi.de.expositæ rõnali:ipsa igitur.dg.ex binis nominibus est prima quod oportuit demonstrare.


¶ Interpres.

¶ Adeo inuolute Campanus precedens theorema interpretatus est: ut explicari nullatenus queat.



¶ Theorema.xliii.propositio.lxi.

Quae ab ex binis mediis prima:ad rõnalẽ cõparata latitudo efficit ex binis nominibus secundam.




¶ Esto.per.xliii.x.ex binis mediis prima.ab.diuisa in medias in.c.Q uarũ. ac.maior sit.exponaturq; rõnalis.de.Compareturq; per.xxviii.vi.ad ipsam. de.ei quod ex.ab.æquũ parallelogrãmũ.df.latitudinem efficiens.dg.Dico q; ipsa.dg.ex binis est secunda mediis.Construantur enim eadẽ quę & in pce denti:& qm̃.ab.ex binis mediis est prima diuisa in.c.ipę.ac.cb. igit̃ p.xxxvii. x.medię sunt potentia tantũ cõmensurabiles rõnale comprehendẽtes.Q uare per.xxii.x.& quæ ex.ac.cb.media sunt.Mediũ igitur est.dl.&.ad.ipsa.de. comparatur.Rationalis igitur est per.xv.x.md.& ipsi.de.longitudine incõmensurabilis.Rursus quoniã rationale est quod bis sub.ac.cb.rõnale est &. mf.ad ipsamq;.ml.rõnalem cõparatur.Rationalis igitur est per correllarium xxiii.x.mg.& longitudine cõmensurabilis ipsi.ml.hoc est ipsi.de. Incõmensurabilis igitur est.dm.ipsi.mg.longitudine suntq; rationales.ipę igitur.dm. mg.rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles.ex binis igitur noibus ẽ. per.xxxvi.x.dg.Ostendendũ iam q; & secunda.Q m̃ enim q̃ ex.ac.cb.maiora sunt eo quod bis sub.ac.cb.maius est igitur &.dl.ipso.mf.Q uare per lẽ ma.xlix.x.&.dm.ipsa.mg.& quoniã cõmensurabile est quod ex.ac.ei quod ex.cb.Cõmensurabile est &.dh.ipsi.kl.Q uare &.dk.ipsi.km. cõmensurabilis est.& id quod sub.dkm.æquum est ei quod ex.mg.Ipsa igitur.dm.ipsa mg.maius potest eo quod fit ex sibi cõmensurabili:&.mg.ipsi.de. longitudine cõmensurabilis est.ipsa igit̃.dg.ex binis noib⁹ ẽ secũda qđ erat oñdẽdũ.

¶ Theorema. xliv. propositio. lxvi.



Quae ab ex binis secunda mediis ad rationalẽ compa rata latitudo efficit ex binis nominibus tertiam.

¶ Esto per.xliiii.x.ex binis mediis secunda.ab.diuisa in medias in.c.ut maius segmentum sit.ac.rõnalis aũt esto.de.& ad ipsam de.ei quod ex.ab.ęquũ parallelogrãmũ cõparet̃ per.xxviii.vi.df.latitudinẽ efficiens.dg.Dico q;.dg.est ex binis nominibus tertia.Construantur eadem quę in pcedentibus:& quoniã.ab.ex binis est secunda mediis diuisa in.c.ipæ igitur.ac.cb.per.xxxviii.x.mediæ sunt potentia tantũ cõmensurabiles medium cõprehendentes.quare per.xxii.x.& cõflatum ex hiis quæ.ex.ac.cb.medium est.& est æquale ipsi.dl.mediũ igitur est &.dl.cõparaturq; ad rationalem.de.Rationalis igitur est.md.& ipsi.de.longitudiue cõmensurabilis. Id ppterea iam &.mg.rationalis est & ipsi.ml.incõmẽsurabilis:hoc est ipsi.de. longitudine.Rõnalis igitur est utraq; ipsarum.dm.mg.& ipsi.de.longitudine incõmẽsurabilis.Et qm̃.ac.ipsi.cb.lõgitudine est icõmẽsurabilis. Sicut át p lẽma pcedẽs.xxii.x.ac.ad.cb.sic qđ ex.ac.ad.id qđ sub.acb. Incõmẽsurabile igit̃ ẽ & qđ ex.ac.ei qđ sub.acb.Q uare & cõflatũ ex hiis q̃ ex.ac.cb.ei qđ bis sub.acb.incõmẽsurabile ẽ:hoc ẽ.dl.ipsi.mf.Q uare p.i.vi.&.xi.x.&.dm. ipsi.mg.incõmẽsurabilis est:suntq; rõnales.Ipsa igit̃.dg.ex binis noibus est. Oñdendũ iam q; & tertia:similiter iam sicut in pcedentibus rõtinabimur q; maior est.dm.ipsa.mg.&q;.dk.ipsi.km.cõmẽsurabilis ẽ.Estq; qđ sub.dkm. æquũ ei quod ex.mg.Ipsa igitur.dm.ipsa.mg.maius põt eo quod fit ex sibi



cõmensurabili.& neutra ipsarum.dm.mg.cõmensurabilis ẽ ipsi.de.lõgitudine ipsa igit̃.dg.ex binis est tertia noibus.quod erat ostendendum.

¶ Theorema.xlv.propositio.lxiij.


Uae ex maiore ad rationalem comparata latitudo efficit ex binis quartam nominibus.

¶ Sit maior.ab.diuisa in.c.ut maior sit.ac.ipsa.cb.Rõnalis uero esto.de.& ei quod ex.ab.ęquũ ad ipsam.de.comparetur per xxviii.vi.df.parallelogrãmũ latitudinẽ efficiens.dg.Dico q.dg.ex binis est quarta nominibus.construantur eadẽ quæ in preostensis:& qm̃ p.xxxix.x. maior est.ab.diuisa in.c.ipsę.ac.cb.potentia sunt cõmensurabiles efficientes conflatũ ex hiis quæ ex ipsis fiunt ☐☐ ratiõale:quod uero sub ipsis medium.Q m̃ igitur rõnale est conflatũ ex hiis quæ ex.ac.cb.Rõnale igitur ẽ.dl. rõnalis igitur est &.md.& ipsi.de.longitudine cõmensurabilis.Rursus quoniam mediũ est quod bis sub.ac.cb.hoc est.mf.& ad rationalẽ comparatur, ml.Rationalis igitur est &.mg.& ipsi.de.longitudine commensurabis.Incõmensurabilis igitur est per.xxii.x.&.dm.ipsi.mg.longitudine.Ipsę igit̃.dm. mg.rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles:ex binis igitur nominibus est.dg.Ostendendũ iam q & quarta:similiter iam sicut & in p̃cedentibus ratiotinabimur q maior est.dm.ipsa.mg.& q qd' sub.dk.km.æquum est ei quod ex.mg.Q m̃ igitur incõmensurabile est quod ex.ac.ei quod ex. cb.incõmẽsurabile igitur est &.dh.ipsi.kl.Q uare per.i.vi.&.xi.x.&.dk.ipsi km.incõmensurabilis est.Si aũt fuerint binæ rectæ lineę inæquales quartę autem parti eius quod fit ex minore per.xvii.x.ęquũ cõparatum fuerit parallelogrammũ ad maiorẽ specie a ☐ defficiens:& in incõmensurabilia ipsam diuiserit:maior minore maius potest eo quod fit a sibi incõmensurabili longitudine:ipsa igitur.dm.ipsa.mg.mai9 põt eo quo fit a sibi icõmensurabili.sũt & ipsæ.dm.mg.rõnales potẽtia tm̃ cõmẽsurabiles &.dm.cõmẽsurabilis est ipsi expositę rõnali.de.ipsa igit̃.dg.ex binis noib9 ẽ q̃rta qd' erat oñdendum.

¶ Interpres.


¶ Campanus p̃cedens theorema non itelligẽs sic ipsum iterp̃tatus ẽ.inquit enim:si lineę rõnali rectãgulũ ęquũ ☐ lineę maioris adiungatur:alterũ se continẽntiũ laterum erit binomiũ quartũ:si quis lectionẽ gręcã ispicere uoluerit cõperiet hic Cãpanũ nõ itellexisse.uide obsecro quas nam expromit laruas.

¶ Theorema.xlvi.propositio.lxiv.


Uae ex rationale mediumq potente ad rationalem cõparata latitudo efficit ex binis quintã nominibus.

¶ Sit rationale mediumq potens.ab.diuisa in rectas lineas in. c.ut sit maior.ac.exponaturq rationalis.de.& ei quod ex.ab. æquum ad.de.comparetur.df.per.xxviii.sexti.latitudinem efficiens.dg.Dico q.dg.ex binis est quinta nominibus.construantur eadem quæ in præcedentibus:& quoniam.ab.est rationale mediumq potens diuisa in .c. Ipsæ igitur.ac.cb.potentia sunt incommensurabiles efficientes conflatũ ex earũ

[ ] mediū:qđ uero sub ipsis rōnale.Q m̄ igiť cōflatū ex hiis q̄ ex.ac.cb. mediū ē mediū igitur est.dl.Q uare rōnalis est.dm.& ipsi.de.longitudine in cōmensurabilis.Rursus qm̄ rōnale est qđ bis sub.ab.bc.hoc est.mf.Rationalis igitur est.mg.& ipsi.de.cōmensurabilis.Incōmensurabilis igitur ē.dm. ipsi.mg.Ipsę igitur.dm.mg.rōnales sunt potentia tantū cōmensurabiles:ex binis igitur nominibus est.dg.Dico q̄ & qnta.Similiter nāq̄ ostendeť q̄ qđ sub.dkm.æquū est ei qđ ex.mg.& q̄.dk.ipsi.km.longitudine incōmensurabilis est.Ipsa igitur.dm.ipsa.mg.maius potest eo qđ fit ex sibi incōmensurabili:& ipsę.dm.mg.rōnales sunt potentia tantum cōmensurabiles:& minor mg.cōmensurabilis est ipsi.de.longitudine.Ipsa igitur.dm.ex binis est quinta nominibus.Q uod erat ostendendum.



Interpres.


Præcedens theorema Campanus adeo inuolute & peruerse interpretať: ut nil inq̄ sit fœdius:sic & enim apud Cāpanū inueniť interpretatū . Si lineæ rōnali potentis supra rōnale erit mediale æqualis:parte altera longior forma adiungať alteꝝ latus eius binomium quintū eē necesse est ex quo theorema te sic iterpretato fateor me nullū posse ellicere sensum:& quō ipse bonus uir Campanus uult quintā ex binis elicere nominibus ipse noscat . Lectionem nos græcam rectam sequemur:& ipsum Euclidem iuxta græcos codices sincera & pura fide interpretabimur.

Theorema.xlvij.propositio.lxv.



Quae ex bina media potente ad rationalē comparata latitudo efficit ex binis nominibus sextam.

Esto per.xlvii.x.bina potens media.ab.diuisa in.c.rōnalis autem esto.de.& ad ipsam rōnalē.de.ei quod ex.ab.æquū cōparetur per.xxviii.vi.df.latitudinē.efficiens.dg.Dico q̄ ipsa.dg.ex binis nominibus est sexta.Cōstruantur & enim eadē quæ & in præcedentibus:& qm̄.ab. bina media potens est diuisa in.c.Ipsæ igitur p.xli.x.ac.cb.potentia sunt cōmensurabiles efficientes ex eaꝝ [ ] mediū:& quod sub ipsis mediū:& insuper icōmensurabile cōpositum ex eaꝝ [ ] ei quod sub ipsis mediū:& insuper icōmēsurabile cōpositum ex eaꝝ [ ] ei quod sub ipsis.Q uare per ea quæ ostensa sunt mediū est utrunq̄ ipsoꝝ.dl.mf.& ad rōnalem.de.cōparatur.Rōnalis igitur est per.xxii.x.utraq̄ ipsaꝝ.dm.mg.& ipsi.de.longitudine icōmensurabilis:& qm̄ cōflatū ex hiis quæ ex.ac.cb.icōmensurabile est ei quod bis sub.ac.cb.Incōmensurabile igitur est per lēma p̄cedens.lx.x.dl.ipsi mf.Incōmensurabilis igitur est per primā.vi.&.xi.x.&.dm.ipsi.mg.Ipsę igitur.dm.mg.rōnales sunt potētia tantū cōmensurabiles.ex binis igiť nominibus est.dg.Dico q̄ & sexta.similiter nāq̄ rursus ut prius demonstrabimus qa qđ sub.dkm.ęquū ē ei qđ ex.mg.& q̄.dk.ipsi.km.lōgitudine icōmēsurabilis ē:ac id p̄pterea.dm.ipa.mg.mai⁹ pōt eo qđ fit ex sibi lōgitudine icōmēsurabili:& neutra ipsaꝝ.dm.mg.cōmēsurabilis est expositę rōnali.de.lōgitudine.Ipsa igiť.dg.p.ii.diffinitiōes ex binis ē sexta noibus qđ erat ostēdendum.



¶ Interpres.

¶ Præcedens theorema Cãpanus adeo inuolute iterp̃tatus ẽ ut si ipsũ legas itelligere nequeas: id eni asserit qđ apud græcos neutiq̃ inuenitur.

¶ Theorema. xlviij. propositio. lxvi.



SI quae ex binis noibus lõgitudine cõmensurabilis: ipsa quoq̃ ex bis noibus est ac in ordine eadem.

¶ Esto ex binis noibus. ab. & ipsi. ab. longitudine cõmensurabilis esto. cd. Dico q̃ ipsa. cd. ex binis noibus est: & in ordine ipsi. ab. eadem. Quoniã enim per. xlii. x. ex binis noibus est. ab. diuidatur in nomina in. e. Sitq̃ maius nomen. ae. ipsę igitur. ae. eb. rationales sunt potentia tantũ cõmensurabiles. Fiatq̃ sicut. ab. ad. cd. sic. ae. ad. cf. Et reliqua igitur. eb ad reliquam. fd. per. xix. v. est sicut. ab. ad. cd. Commensurabilis autem est p xii. x. ab. ipsi. cd. longitudine. Cõmensurabilis igitur est per. xix. x. & ipsa. ae. ipsi. cf. & eb. ipsi. fd. Suntq̃ rationales ipsæ. ae. & eb. rationales igitur sunt p xi. x. & ipsæ. cf. fd. & quoniã est sicut. ae. ad. cf. sic est. eb. ad. fd. uicissim igitur per. xvi. v. est sicut. ae. ad. eb. sic est. cf. ad. fd. Ipsæ autem. ae. eb. potentia sunt cõmensurabiles: & ipsæ. cf. fd. igitur potentia tantũ sunt commensurabiles: suntq̃ rationales. ex binis igitur nominibus est ipsa. cd. Dico iã q̃ & in ordine ẽ eadem ipsi. ab. Ipsa. ae. ipsa. eb. aut maius potest eo quod fit ex sibi cõmẽsurabili: uel eo quod fit ex sibi incõmensurabili. Si uero. ae. ipsa. eb. maius potest eo quod fit ex sibi cõmensurabili. & cf. ipsa. fd. per. xiiii. x. maius poterit eo quod fit ex sibi cõmensurabili. Et si. ae. expositæ rationali cõmensurabilis fuerit: & cf. eidẽ cõmensurabilis erit per. xxix. & xxx. x. hæc sequi est possibile. Idq̃ ꝑpterea utraq̃ ipsaꝝ. ab. cd. ex binis noibus est prima. hoc est in ordine eadem. Si uero. eb. cõmensurabilis est ipsi expositæ rationali: & fd. eidem cõmensurabilis est. Ac per hoc rursus in ordine eadẽ est ipsi. ab. utraq̃ enim ipsaꝝ est ex binis nominibus secunda. Si uero neutra ipsaꝝ. ae. eb. cõmensurabilis est expositæ rationali: neutra etiã ipsarũ. cf. fd. eidem erit cõmensurabilis: & utraq̃ tertia est. Si autem. ae. ipsa. eb. maius potest eo quod fit ex sibi incõmensurabili: & cf. ipsa. fd. maius poterit eo quod fit ex sibi incõmensurabili: & si. ae. expositæ rationali cõmensurabilis est: & cf. eidem cõmensurabilis est: & utraq̃ erit quarta. Si autẽ. eb. & fd. & erit utraq̃ quinta. Si uero neutra ipsaꝝ. ae. eb. & ipsaꝝ. cf. fd. neutra cõmensurabilis est expositæ rõnali: erit q̃ utraq̃ sexta. Quare ei quæ ex binis noibus longitudine cõmẽsurabilis ex binis nominibus est & in ordine eadẽ quod erat ostendendum.

¶ Interpres.

¶ Campanus hoc loco non intelligens aliud esse ordinẽ: & aliud esse speciẽ. Cum hic Euclides ordinem mirum imodum obseruet nescio quam astruit speciem: & cur nouerit ipse.



¶ Theorema. il. propositio. lxvij.

SI quae ex binis medijs longitudine commẽsurabilis: &

ipsa ex binis est medijs et in ordine eadem.

¶ Esto ex binis mediis.ab.& ipsi.ab.cōmensurabilis esto lōgitu line.cd.Dico q.cd.ex binis est mediis & i ordine ipsi.ab.eadē.Q m̄ eni.ab.ex binis mediis est diuisa in medias in.e.Ipsæ igit.ae.eb.per.xliii.x.mediæ sunt potentia tantū cōmēsurabiles.Fiatq; p.xii.vi.sicut.ab.ad.cd.sic.ae.ad.cf.& reliqua igitur.eb.ad.fd.reliquā p.xix.v.est sicut.ab.ad.cd.cōmensurabilis āt est.ab.ipsi cd.longitudine.Cōmensurabilis igitur est &.ae.ipsi.cf.&.eb.ipsi.fd.suntque medię ipsę.ae.eb.mediæ igit sunt &.cf.fd.& qm̄ est sicut.ae.ad.eb.&.cf.ad fd.ipsę aūt.ae.eb.potentia tantū sunt cōmensurabiles:& ipsę igitur.cf.fd.potentia tantū sunt cōmensurabiles.Ostensū autē q & mediæ.Ipsa igit.cd.ex binis est mediis.Dico q & in ordine eadem est ipsi.ab.Q m̄ eni est sicut.ae.ad.eb.sic est.cf.ad.fd.& sicut igit qd ex.ae.ad id qd ex.cf.sic qd sub.aeb.ad id qd sub.cfd.uicissim igit per.xvi.v.sicut qd ex.ae.ad id qd ex.cf.sic quod sub.aeb.ad id qd sub.cfd.Cōmensurabile aūt est qd ex.ae.ei qd ex.cf.Cōmensurabile igitur & qd sub.aeb.ei qd sub.cfd.Si igitur rōnale est qd sub.aeb.& quod sub.cfd.rationale est.ac p hoc est ex binis mediis prima. Si medium fuerit quod sub.aeb.mediū erit & quod sub.cfd.& utraq; est secunda.ac p hoc &.cd.erit ipsi.ab.in ordine eadem.Q uod erat ostendendum.

¶ Theorema.l.propositio.lxviij.

Maiori cōmensurabilis:eadē quoq; maior est.

¶ Esto maior.ab.& ipsi.ab.commensuraabilis esto.cd.Dico q &.cd.maior est.Diuidatur.ab.in.e.Ipsæ igit.ae.eb p.xlv.x.potentia sunt icōmensurabiles:efficientes qdem conflatū ex earū rōnale:qd uero sub ipsis mediū:fiant que eadem quæ in p̄cedētibus. Et qm̄ est p.xii.vi.sicut.ab.ad.cd.sic.est.ae.ad.cf.&.eb.ad.fd. Cōmensurabilis aūt est.ab.ipsi.cd.Cōmensurabilis igit est & utraq; ipsa;.ae.eb.utriq; ipsarum.cf.fd.Et qm̄ est sicut.ae.ad.cf.sic.eb.ad.fd.& uicissim p.xvi.v.sicut.ae.ad.eb.sic est.cf.ad.fd.Et cōponendo igit p.xviii.v.sicut.ab.ad.eb.sic.cd.ad.fd.& sicut igit p.xi.v.qd ex.ab.ad id qd ex.be.sic qd ex.cd.ad id qd ex.fd. Similiter iam demonstrabimus q & sicut qd ex.ab.ad id qd ex.ae.sic quod ex.cd.ad id quod ex.cf.Et sicut igitur per.xi.v.quod ex.ab.ad id quod ex.ae.eb.sic quod ex.cd.ad id quod ex.cf.fd.Et uicissim igitur per.xvi.v.sicut quod ex.ab.ad id quod ex.cd.sic quæ ex.ae.eb.ad ea quę ex.cf.fd.Cōmensurabile autem est id quod ex.ab.ei quod ex.cd.Cōmensurabilia sunt igitur & quę ex ae.eb.eis quæ ex.cf.fd.Suntq; quæ ex.ae.eb.simul rationale:& quę ex.cf.fd.simul rationale.Similiter autem & quod bis sub.ae.eb.cōmensurabile est ei quod bis sub.cf.fd.At quod bis sub.ae.eb.medium est:medium igitur est & quod bis sub.cf.fd.Ipsę igitur.cf.fd.potentia sunt incōmensurabiles: efficientes conflatum ex earū quadratis simul rationale:& quod bis sub ipsis mediū. Tota igitur.cd.p.lvii.x.irrationalis est:maior appellata.Maiori igitur cōmēsurabilis:& eadem maior est.quod ostendendum fuerat.

¶ Theorema.li.propositio.lxix.

R Ationale ac medium potenti cõmensurabilis: & eadem rationale ac medium potens est.

¶ Esto rationale mediũq; potens.ab.& ipsi.ab.cõmensurabilis esto.cd.Ondẽdũ q; &.cd.rõnale ac mediũ potẽs ẽ. Distribuat̃ p.xiiii.i.ab.in rectas lineas in.e.Ipsæ igit̃.ae.eb.p.xlvi.x.potẽtia sunt icõmẽsurabiles efficientes quidẽ cõpositũ ex eas̃ [ ] mediũ: qd uero sub ipis rationale: & eadẽ construantur q̃ in p̃cedentibus. Similiter iã demõstrabimus q;.cf.fd.sunt icõmẽsurabiles.& cõmẽsurabile ẽ cõflatũ ex hiis quę ex.ae.eb. cõflato ex hiis quę ex.cf.fd.qd' aũt sub.ae.eb.ei qd' sub.cf.fd.Q uare & conflatũ ex hiis q̃ ex.cf.fd. [ ] mediũ est.Q d' uero sub.cf.fd.rõnale.Rõnale igitur est.ac medium potens ipsa.cd.Q uod erat ostendendum.

a e b
c f d

¶ Theorema.lij.propositio.lxx.

B Ina potẽti media cõmẽsurabilis: bina potẽs est media.

¶ Esto bina potens media.ab.& ipsi.ab.cõmensurabilis esto.cd.Ondendũ q; &.cd.bina potens est media.Q m̃ eni bina potens est media.ab.distribuat̃ p.xiiii.i.in rectas lineas in.e.igitur. ae.eb.p.xlvi.x.potẽtia sunt icõmensurabiles efficiẽtes cõflatũ ex ipas̃ [ ] mediũ: & qd sub ipsis rõnale: & icõmensurabile est cõflatũ ex ipsas̃.ae.eb. [ ] ei qd sub.ae.eb.Cõstruantur eadẽ quę in p̃cedentibus. Similiter iã demonstrabimus q; & ipsæ.cf.fd.potẽta sunt icõmensurabiles: & cõpositũ ex hiis quę ex.ae.eb.cõposito ex hiis quę ex.cf.fd.cõmẽsurabile ẽ.Q d' eni sub ae.eb.ei qd' sub.cf.fd.q̃re & cõflatũ ex ipsas̃.cf.fd. [ ] mediũ est & insup icõmẽsurabile ẽ cõflatũ ex ipsas̃.cf.fd. [ ] ei qd' sub.cf.fd.Ipsa igitur.cd. bina potens est media quod ostendere oportuit.

a e b
c f d

¶ Theorema.liij.propositio.lxxi.

descripti quadrati: dimidiũ est. efgh. □ : ipso autẽ circũscripto □ minor est circulus: quare. efg. inscriptum □ maius est q̃ dimidium ipsius. efgh. circuli. Secentur bifariã ipsæ. ef. fg. gh. he. circũferentiæ per signa. klmn. Cõnectantur q; ek. kf. fl. lg. gm. mh. hn. ne. & unũ quodq; igitur ipsorum. ekf. flg. gmh. hne. triangulorũ maius est q̃ dimidiũ eius quod circũ ipsum ẽ circuli segmẽti. Q m̃ si per. klm. signa tangentes circulũ ducamus: & compleamus q̃ in. ef. fg. gh. he. rectis lineis parallelogrãma: unũquodq; ipsorũ. ekf. flg. gmh. hne. triangulorũ dimidiũ est eius quod circũ ipsum parallelogrãmi. Sed circũ ipsum segmentum minus est parallelogrammo. Q uare unũquodq; ipsorũ. ekf. flg. gmh. hne, triangulorũ dimidiũ erit eius quod circum se ipsum parallelogrãmi. Sed segmentum quod circũ se ipsum minus est parallelogrãmo. quare unũquodq; ipsorũ. ekf. flg. gmh. hne. triangulorũ maius est dimidio eius qđ circum se ipsum segmenti circuli. Dispescẽtes iam per. xxx. iii. reliquas circũferentias bifariam, Cõnectentesq; rectas lineas: & hoc semper efficientes per primã. x. relinquemus quædam circuli segmenta q̃ minora erũt excessu quo excedit circulus. efgh. aream. s. Ostensum & enim est ex primo decimi uoluminis theoremate q; binis magnitudinibus inæqlibus expositis: si a maiori auferatur maius q̃ dimidiũ: & reliquæ maius q̃ dimidiũ: hocq; semper fiat q̃dam relinquetur magnitudo: quæ minore magnitudine exposita minor erit. Assumantur igitur sintq; quæ in ipsis. ek. kf. fl. lg. gm. mh. hn. ne segmenta ipsius. efgh. circuli minora excessũ quo. excedit circulus. efgh. ipsam. s. aream. Reliquum igitur. ekflgmhn. multangulum maius est ipsa area. s. Inscribatur. in circulo. abcd. ipsi. ekfl. gmhn. multangulo æquũ multiangulũ. axbocydr. Est igitur per p̄cedentem sicut quod ex. bd. □ ad id qđ ex. fh. □ : sic est multangulũ. axbocydr. ad. ekflgmhn. multangulũ. Sed sicut & quod ex. bd. quadratũ ad id quod. ex. fh. sic circulus. abcd. ad aream. s. Et sicut igitur per. xi. v. abcd. circulus ad. s. aream: sic multangulum. axbocydr. ad ipsum. ekflgmhn. multangulũ: uicissim igitur per. xvi. v. sicut circulus. abcd. ad id quod in ipso multangulũ. Sic. s. area ad multãgulũ. ek flgmhn. maior autẽ est. abcd. circulus eo quod in se est multangulo: maior igitur est & area. s. ipso. ekflgmhn. multangulo: sed & minor quod est impossibile. Non est igitur sicut quod ex bd. □ ad id quod ex. fh. □. sic circulus. abcd. ad aliquã aream ipso. efgh. minorem. Similiter iam demonstrabimus q; neq; sicut quod ex. fh. ad id quod ex. bd. sic circulus. efgh. ad aliquã areã minorem ipso. abcd. circulo. Dico uero insuper q; neq; sicut quod ex. bd ad id quod ex. fh. sic circulus. abcd. ad aliquam aream maiorem ipso. efgh. circulo: si enim possibile sit ad maiorem. s. Rursus igitur est sicut quod ex. fh. □ ad id quod ex. dh. sic est. s. area. ad abcd. circulum: sed sicut. s. area ad. abcd. circulũ: sic est circulus. efgh. ad aliquam aream minorem ipso. abcd. circulo & sicut igitur p. xi. v. quod ex. fh. ad id quod ex bd. sic. efgh. circulus ad aliam aream minorem ipso. abcd. circulo quod impossibile esse demonstratũ est. Non est igitur sicut quod ex. bd. □ ad id quod ex fh. sic circulus. abcd. ad maiorem aliquam aream ipso. efgh. circulo. Ostensũ



autem est q̄ neq̨ ad minorem. Est igitur sicut quod ex.bd. □ ad id quod ex. fh. □ :sic circulus.abcd.ad circulũ.efgh.circuli ergo adinuicẽ sese habent sicut q̄ ex dimetientibus quadrata:quod erat ostendẽdum.

❡ Dico iam q̄.s.area maiore subsistente ipso.efgh.circulo:ẽ sicut.s.area ad.abcd.circulũ:sic.efgh:circulus ad aliquã aream minorẽ ipso.abcd.circulo.fiat enim sicut.s.area ad.abcd.circulũ sic.efgh.circulus ad areã.t. Dico q̄ area.t.minor est ipso.abcd.circulo. Q m̄ enim est sicut.s.area ad.abcd.circulum:sic est.efgh.circulus ad areã.t.uicissim per.xvi.v.est sicut.s.area ad.efgh.circulum:sic est.abcd.circulus ad.t.aream:maior autẽ est.s.area ipso.efgh.circulo maior igitur est &.abcd.circulus ipa area.t.q̄re est sicut.s.area ad.abcd.circulum sic est.efgh.circulus ad minorem aliquam aream ipso.abcd.circulo quod oportuit demonstrasse.

❡ Theorema.iiii.propositio.iiii.

Omnis pyramis triangularẽ basim habens diuiditur i binas pyramides aequas & similes inuicem triãgulares bases habẽtes & similes toti:& i bina prismata aequalia:& ipa bina prismata maiora sũt q̄ dimidiũ totius pyramidis.

❡ Sit pyramis cuius basis quidem sit triãgulũ.abc.fastigiũ uero sit signum.d. Dico q̄ pyramis.abcd.diuiditur in binas pyramides æquas adinuicẽ triangulares bases habentes:& toti similes:& in bina prismata æqualia. & bina prismata maiora sunt q̄ totius pyramidis dimidiũ. Secẽtur p.x.primi ab.bc.ca.ad.db.dc.bifariã in signis.efghkl.Cõnectanturq̨.he.eg.gh.hk.kl.lh.kf.fg. Q m̄.ae.est æqualis ipsi.eb.&.ah.ipsi.hd.parallelus igitur est.eh.ipsi.db.Idq̨ ꝓpterea iam.&.hk.ipsi.ab.parallelus est parallelogrãmum igitur ẽ.hekb.æqualis igitur est ipsa.hk.ipsi.eb.Sed.eb.ipsi.ae.est æqualis.&.ae.igitur ipsi hk.est æqualis est aũt &.ah.ipsi.dh.æqualis.duæ iam.ae.ah.duabus.kh.hd.sunt æquales altera alteri.& angulus qui sub.eah.per.viii.primi ei qui sub.khhd est æqualis.Basis igitur.eh.per.iiii.primi basi.kd.est æqualis.Igitur triangulũ.aeh.æquũ & simile est ipsi.hkd.triangulo.Et id ꝓpterea iam & triangulũ.ahg.ipsi.hld.triangulo æquum & simile est.Et quoniã binæ rectæ lineæ tãgentes se adinuicem.eh.hg.ad binas rectas lineas sese inuicẽ tãgentes.kd.dl.sunt non tñ in eodẽ plano existentes æquos angulos cõprehendent.æqualis igitur est per.x.xi.angulus qui sub.ehhg.ei qui sub.kddl.angulo.& quoniã binæ rectæ lineæ.eh.hg.duabus.kd.dl.sunt æquales altera alteri:& angulus qui sub.ehg.per.viii.primi angulo qui sub.kddl.est æqualis.Basis igitur eg.per.iiii.primi basi.kl.est æqualis.Triãgulum igitur.ehg.æquũ est ei triangulo quod sub.kdl.& simile.& id ꝓpterea triãgulum.aeg.ipsi.hkl.triangulo æquũ & simile est.Pyramis igitur cuius basis.aeg.triãgulum fastigiũ autem h.signũ:æqualis & similis est pyramidi cuius basis quidem est.hkl.triangulum.& uertex.d.signũ.Et quoniã triãguli.adb.per.ii.vi.ad unũ latus.ab.excitata est.hk.æquiãgulum est.adb.triãgulũ ipsi.dkh.triãgulo & latera habẽt proportionalia.Igitur triãgulum.adb.simile est ipsi triãgulo.dhk.Idq̨ ꝓpter


rea & triangulũ quidem.dbc.simile est ipsi triangulo.dkl.&.adc.triangulum ipsi.dhl.triangulo.Et quoniã per.x.xi.binæ rectæ lineæ sese inuicem tangẽtes ba.ac.ad binas rectas lineas sese inuicem tangentes.kh.hl.sunt non tamen in eodem plano:æquos comprehendunt angulos. Angulus igitur qui sub.bac. æquus est ipsi angulo qui sub.khl.Estq; sicut.ba.ad.ac.sic.kh.ad.hl. Triãgulum igitur.abc.ipsi.hkl.triangulo simile est.Et pyramis igitur cuius basis quidem est triangulũ.abc.uertex autẽ.d.signũ similis est pyramidi: cuius basis quidem est.hkl.triangulũ: uertex aũt.d.signum.Sed pyramis cuius basis est triangulũ.hkl.uertex autẽ.d.signũ ostensa est similis pyramidi cuius basis quidem est.aeg.triangulum uertex uero.h.signum.Quare & pyramis cuius quidem basis est triangulũ.abc.uertex uero.d.signũ: similis est pyramidi cuius basis quidẽ est.aeg.triangulũ:& uertex.h.signum:utraq; igitur ipsarũ.aegh. hkld.pyramidũ similis est toti.abcd.pyramidi.Et quoniã.bf.æqualis est ipsi. fc.parallelogrãmum.ebfg.ipsius:gfc. trianguli duplum est per.xli.primi.Et quoniã si.fuerint bina prismata æque alta:& alterũ quidẽ habuerit basim parallelogrãmũ:alterum aũt triangulũ:duplũ aũt fuerit parallelogrãmũ ipsius trianguli:ipsa prismata sunt æqualia per.xl.xi.prisma igitur cõprehẽsum sub binis triangulis.bkf.chg.tribusq; parallelogrãmis.ebfg.ebkh.hkfg.prismati comprehenso sub binis triangulis.gfc.hkl.tribusq; parallelogrammis.kfcl. lcgh.hkfg.est æq̃le.Manifestũ q̃ utrunq; ipsorũ prismatũ cuius basis.ebfg: parallelogrãmũ:ex opposito autẽ.hk.recta linea:& cuius basis.gfc.triangulum ex opposito autẽ.hkl.triangulũ:maius est utraq; ipsarũ pyramidũ quarũ bases quidem sunt triangula.aeg.&.hkl.uertices aũt.hd.signa. Quoniam si cõnectamus.ef.ek.rectas lineas:prisma cuius basis.ebfg.parallelogrammum ex opposito autẽ.kh.recta linea: maius est pyramide cuius basis.ebf.triangulum & uertex.k.signũ:sed pyramis cuius basis.ebf.triangulũ:uertex autem est.k.signũ:æqua est pyramidi cuius basis est.aeg.triangulum:& uertex ẽ.h. signũ sub æquis enim & similibus planis subsistunt. Quare & prisma cuius basis quidẽ.ebfg.parallelogrãmum:ex opposito autẽ.hk.recta linea:maius ẽ pyramide cuius basis:aeg.triangulũ:uertex autẽ.h.signum.Prisma uero cuius basis.ebfg.parallelogrãmum:ex opposito autẽ.hk.recta linea ipsi prismati cuius basis.gfc.triangulũ:ex opposito autẽ triangulũ.hkl.pyramis autẽ cuius basis quidem.aeg.triangulũ uertex autẽ signum.h.æqua est pyramidi cuius basis.hkl.triãgulum:uertex autẽ est.d.signum predicta igitur bina prismata maiora sunt predictis duabus pyramidibus:quarũ bases sũt ipsa.aeg. hkl.triangula:uertices autẽ sunt.hd.signa tota igitur pyramis cuius basis est triangulũ.abc.uertex autẽ signum.d.diuidit in binas pyramides sibi inuicem æquas.& similes toti:& in bina prismata æqualia:& bina prismata maiora sũt q̃ totius pyramidis dimidiũ: quod erat ostendendum.



¶ Theorema.iv.propositio iiii.

Si fuerint binae pyramides sub eadem altitudine:triãgulares bases habentes:diuisa vero fuerit vtraq; ipsarũ in

binas pyramides adinuicem similes: & aequales toti: & in bina prismata aequalia: & in vtraq; factarum pyramidum is modus semp ser uetur: erit sicut vnius pyramidis basis ad alterius pyramidis basim: sic quae in vna pyramide prismata omnia: ad ea quae in altera pyra mide prismata aeque multiplicia.



¶ Sint binæ pyramides sub eadē altitudine triangulares bases habētes hoc est.abc.def.& fastigia.gh.signa: diuidaturq; ipsarum utraq; in binas pyrami des inuicē æquas: & toti similes: & in bina prismata æqualia. Ipsarumq; facta rum pyramidum utraq; itidem itelligatur diuisa: & hoc semper fiat. Dico q est sicut.abc.basis.ad.def.basim: sic sunt oia prismata q̄ in ipsa.abcg.pyrami de: ad eā q̄ in.defh.pyramide prismata æque multiplicia. Quoniā enī.bx.ipsi. xc.&.al.ipsi.lc.est æqualis.parallelus igitur est.lx.ipsi.ab. &.abc. triangulum ipsi.lxc.triangulo simile est & id ppterea iam triangulum.def. simile est ipsi. rqf.triangulo: & qm̄.bc.ipsius.cx.dupla est.&.ef.ipius.fq. Est igitur sicut.bc. ad.cx.sic est.ef.ad.fq. Describunturq; ab ipsis quidem.bc.cx.similes: similiterq; positæ rectilineæ figuræ.abc.lxc.ab ipsis aūt.ef fq.similes: similiterq; positæ rectilineæ figuræ.def.rqf. Si enim quattuor rectæ lineæ proportionales fuerint: & q̄ ab ipsis rectilineæ figuræ similes. similiterq; positæ proportionales erunt. Est igitur sicut.abc.triangulum ad.lxc triangulum.sic est.def.triangulum ad.rqf.triangulum.uicissim igitur per.xyi.y.est sicut.abc.triangulū ad. def.triangulum: sic est.lxc.triangulum ad.rqf.triangulum: sed sicut.lxc.triāgulū ad.rqf.triangulum.sic prisma cuius basis quidē est.lxc. triangulū ex opposito autē.omn.ad.prisma cuius basis est quidē. rqf.triangulū. ex opposito autē.sty: & sicut igitur per.xi.y: abc.triangulū ad.def.triāgulū: sic est prisma. Cuius basis quidē est.lxc.triangulū.ex opposito uero. omn.ad prisma cuius basis est.rqf. triangulū ex opposito autē.sty. Et quoniā bina prismata existentia in ipsa.abcg.pyramide iuicē sunt æqualia. At quia bina prismata existētia in ipsa.defh: pyramide inuicē sunt æqualia: est igitur sicut prisma cuius basis est. bklx parallelogrāmū. ex opposito uero.mo.recta linea.ad prisma cuius basis est.lxc.triāgulū ex opposito autē. omn.sic prisma cuius basis. perq. ex opposito uero.st.ad prisma cuius basis.rqf. ex opposito autē.sty.cōponendo igit̄ per.xyiii.ē sicut .kblxom.lxcmno: prismata ad. lxcmno. prisma. sic perqst.rqfsty.prismata ad.rqfsty.prisma: uicissim igitur per.xyi.y.est sicut. kblxmo.xlcomn.ad ipsa. peqrst. rqfsty. prismata.sic prisma.lxcmno.ad. rqfsty. prisma. Sicut autem.lxcmno.prisma ad: rqfsty.prisma.sic ostensum est esse basim.lxc.ad.ipsam.eqf.& basim.abc.ad basim.def.& sicut igitur per.xi. quiti triangulum.abc.ad triāgulū.def.sic bina prismata quæ sunt in.abcg. pyramide.ad ea bina prismata quæ sunt in.defg.pyramide. Similiter autem & reliquas pyramides eodem modo trahemus.ut sicut.mnog.ad.styh.erit sic basis. mno.ad.sty.basim.sic bina prismata existentia in ipsa.mnog. pyramide: ad bina prismata existētia in.styh.pyramide, sed sicut.mno. basis ad.sty.basim sic.abc.basis.ad.def.basim.& sicut igitur per.xi.y.abc.basis ad.def.basim. sic

& bina prismata existētia in ipsa.abcg.pyramide:ad bina prismata existētia i.defh.pyramide.& bina prismata existētia in.mnog.pyramide:ad bina prismata existētia in ipsa.styh.pyramide:& q̄ttuor ad quattuor:& eadē quoq; ostendentur in prismatibus factis ex ipsarum.aklo.&.dprf.pyramidū diuisiōe. & omnium simpliciter aeque multipliciū. Quod autē sit sicut.lxc.triāgulum ad rqf.triangulū:sic prisma cuius basis.lxc.triangulū: ex opposito aūt.omn.ad prisma cuius basis quidē est.rqf.triangulū:ex opposito.sty.sic ostendēdū est: in eadē inq̄ descriptione intelligantur.ag.dh.perpendiculares ī ipsa.abc.def.triangula plana.aequales enim ipae erunt:quoniā sublimes ipsae supponūt̄ pyramides:& quoniā binae rectae lineae.gc.& quae ex.g.ppēdicularis a parallelis planis.hoc ē.abc.omn.secāt̄.In eisdē rōnibus secabunt̄:p.xvii.xi.&.gc.bifariā secat̄ a plano.omn.in signo.n.& perpendicularis igitur q̄ ex.g.in triangulum.abc.planū:bifariā secat̄ a plano.omn.& id propterea: & perpendicularis quae ex.h.in.def.planum bifariam secabitur ab ipso.sty.plano.& ipsae.ag.dh.perpendiculares in ipsa.abc.def.plana sunt aequales.Igit̄ & quae ex.mno sty.triangulis in ipsa.abc.def.plana perpendiculares sūt aequales.prismata igitur quo⁊ bases sūt.lxc.&.rqf:triangula.ex opposito autē.omn.sty.aeque sunt alta.Quare & solida parallelepipeda q̄ a praedictis prismatibus describuntur aeque alta adinuicē sunt.sicut basis.& dimidia igitur erunt sicut.lxc.basis ad rqf.basim.sic p̄dicta prismata adinuicē.Si binae igit̄ pyramides sub eadē fuerint altitudine.& q̄ sequunt̄ reliqua.quod erat ostendendum.

¶ Interpres.


¶ Quid sit corpus seratile quod a Campano hoc i loco astruit̄ fateor me nō intelligere.nisi illud sit seratile qd' ab Euclide prisma appellatur:is bonus uir nescio quae uerba sic effundit.

¶ Theorema.v.propositio.v.



Sub eodē fastigio pyramides subsistētes:triāgulareq; basim babentes:adinuicē sese babent sicut bases.

¶ Sint sub eadem altitudine pyramides.quarum bases quidem sint.abc.def.triāgula.fastigia sint.gh.signa.Dico q̄ est sicut.abc.basis ad.def.basim.sic est.abcg.pyramis ad.defh.pyramida.Si autem non est sicut.abc.basis ad.def.basim.sic.abcg.pyramis ad.defh.pyramida.Esto sicut.abcg.pyramis uel ad solidum aliquod minus ipsa.defh.pyramide.uel ad maius.Sitq; prius ad minus aliquod.sitq;.u.Diuidaturq; per tertiā.xii.ipa.defh.pyramis in binas pyramides aequas.& toti similes.& in bina prismata aeq̄lia.iam bina prismata maiora sunt q̄ totius pyramidis dimidium.& rursus per eādem quae fiunt ex pyramidis diuisione similiter diuidantur.& hoc semper fiat ex quo amplius nō super sint aliquae pyramides ab ipsa.defh.pyramide.quae sunt minores excessu quo excedit.defh.pyramis ipsum.u.solidum.Accipiantur sintq; rationis causa ipsae.dprf.&.styh.reliqua igitur prismata existētia in ipsa.defh.pyrāide maiora sūt ipso.u.solido.Diuidaturq; p p̄cedētē ipa.abcg.pyrāis similiter:& aeq̄ multipliciter ipi.defh.pyramidi.ē igit̄ sic.abc.basis ad



def.basim:sic q̄ in.abcg.pyramide prismata:ad ea q̄ i.defh.pyramide prisma a.Sed & sicut.abc.basis:ad.def.basim:sic.abcg.pyramis ad.u.solidū.Et sicut igitur per.xi.q̄nti.abcg.pyramis ad.u.solidū.sic prismata q̄ i.abcg.pyramide ad ea prismata q̄ i.defh.pyramide.uicissim igitur per.xvi.v.sicut.abcg.pyramis ad ea q̄ i ip̄a prismata:sic ē.u.solidum ad ea q̄ i.defh.pyramide prismata. Maior autem est pyramis.abcg.eis quæ in se ipsa prismatibus.Igit̄ & solidū. u.maius ē eis q̄ in pyramide.defh.sunt prismatibus.Sed & minus quod est i possibile.Igit̄ nō est sicut.abc.basis:ad.def.basim: sic.abcg.pyramis ad aliquod ipsa.defh.pyramide solidū minus . Similiter iam ostēdetur q̄ neq̄ sicut basis.def.ad basim.abc.sic.defh.pyramis ad minus aliqd' solidum ipsa.abcg. pyramide.Dico iam q̄ neq̄ e sicut.abc.basis ad.def.basim: sic.abcg.pyramis ad maius aliquod solidū ip̄a.defh.pyramide.Si enim possibile esto ad maius. u.solidū.Rursus ē sicut.def.basis ad.abc.basim:sic.u.solidū ad.abcg.pyramidem:sed sicut.u.solidū ad.abcg.pyramidē.sic.defh.pyramis ad maius aliqd' ipsa.abcg.pyramide.sicut ante ostensum est.Et sicut igit̄ per.xi.v.basis.def. ad basim.abc.sic.defh.pyramis ad minus aliquod ip̄a.abcg.pyramide: q̄ dabsurdum eē patuit.Non est igitur sicut.abc.basis ad.def.basim:sic.abcg.pyramis ad minus aliquod solidū ipsa pyramide.defh.patuit aūt q̄ neq̄ ad minus: ē igit̄ sicut.abc.basis ad.def.basim:sic.abcg.pyramis ad.defh pyramidē.Sub eodē igit̄ fastigio:& q̄ sequunt̄ reliqua:quod ostendere oportuit.

Theorema.vi.propositio.vi.



Sub eadē altitudine pyramides existētes: multāgulasq̄ bases habentes adinuicē sese habēt sicut bases.

Sint sub eadē altitudine pyramides multāgulas bases habētes hoc est.abcde.fghkl.fastigia uero.mn.signa.Dico q̄ ē sicut.abcde.basis ad.fghkl..basim:sic est.abcdem.pyramis ad.fghkln.pyramida.Diuidatur eni ip̄a.abcde.basis in triangula.abc.acd.aed.&.fghkl. in.fgh.fhk.fkl.triangula.Intelligaturq̄ ab uno quoq̄ triāgulo pyramides æq̄ alte eis q̄ in principio pyramidibus:& quoniā est sicut.abc. triangulū ad.acd.triāgulū sic est.abcm.pyramis ad.acdm.pyramida : & cōponendo per.xviii.v.sicut.abcd.trapeziū ad.acd.triangulū:sic.abcdm.pyramis ad. acdem.pyramida.Sed & sicut.acd.triangulū ad.ade.triangulū:sic. acdm. pyramis ad.adem.pyramida.Ex æquali igitur per.xxii.v.est sicut.abcd.basis ad.ade.basim:sic.abcdm.pyramis ad ipsā.adem pyramida & cōponēdo rursus per.xviii.v.sicut.abcde.basis ad ipsā.ade.sic.abcdem.pyrāis ad. adem.pyramida.Idq̄ ꝓpterea iam & sicut.fghkl.basis ad.fkl.basim.sic & fghkln.pyramis.ad.fkln.pyramida.Et quoniā binæ pyramides sūt.adem. fkln.triāgulas habentes bases sunt sub eadem altitudine.est igitur sicut p iiii.xii.ade.basis ad.fkl.sic.adem pyramis ad ipsā.fkln.pyramida.Quoniā i git̄ sicut.abcde.basis ad.ade.basim.sic.abcdem.pyramis ad.adem. pyramida.sicut autē.ade.basis ad.fkl.basim.sic.adem.pyramis.ad.fkln.pyramida.ex æquali igitur per.xxii.v.& sicut .abcde. basis ad.fkl..sic.abcdem. pyramis ad.fkln.pyramida.Sed & sicut.fkl.basis ad.fghkl.basim.sic erat



&.fkln.pyramis ad.fghkln.pyramida:& ex æquali rurſus per.xxii.quinti eſt ſic ut.abcde.baſis ad.fghkl.baſim ſic.abcdem.pyramis ad.fghkl.pyramida. Sub eadem altitudine igitur & q̃ ſequuntur reliqua:quod erat oſtendendum.

¶ Theorema.vii.propoſitio.vii.



Omne priſma triangularem baſim habens: diuiditur in tres pyramides ſibi inuicem aequas: triangulares baſes habentes.



¶ Sit priſma cuius quidem baſis ſit.abc. triangulum ex oppoſito autem.def.dico q ipſum.abcdef.priſma diuiditur in tres pyramides ſibi inuicem æquas triangulares baſes habentes. Conectantur enim.bd.ec.cd.& quoniam.abde.parallelogrammum eſt eius autem dimetiens eſt.bd.triangulum igitur.abd. ipſi.edb.triangulo æquum eſt & pyramis igitur cuius baſis quidem eſt.abd.triangulum faſtigium autem.c.ſignum:æqualis eſt pyramidi cuius baſis eſt triangulum.deb.& uertex eſt ſignum.c.Sed pyramis cuius baſis quidem eſt.deb.triangulum:uertex autem.c.ſignum :eadem eſt ipſi pyramidi cuius baſis quidem eſt triangulum.ebc.& uertex .d.ſignum ab eiſdem enim planis comprehenduntur & pyramis igitur cuius baſis quidem eſt triangulum.abd.faſtigium autem ſignum.c.æqualis eſt ipſi pyramidi.cuius baſis quidem eſt.abc. triangulum faſtigium autem.d. ſignũ.Rurſus quoniam.fcbe.parallelogrammum eſt:dimetiens uero ipſius eſt.ec.triangulum ecf.æquum eſt ipſi.cbe.triangulo & pyramis igitur cuius baſis quidem eſt triangulum.bce.faſtigium autem.d. ſignum eſt æqualis pyramidi cuius baſis quidem eſt triangulum.ecf.uertex uero .d.ſignum: pyramis autem cuius baſis quidem eſt.bec.triangulum :uertex autem.d.ſignum oſtenſa eſt æqualis pyramidi cuius baſis quidem eſt.abd.triangulum :uertex autem ſignum.c. & pyramis igitur cuius quidem baſis eſt.cef.triangulum :uertex autem .d.ſignum æqua eſt pyramidi cuius baſis quidem eſt.abd.triangulum:uertex autem.c.ſignum. Igitur.abcdef. priſma in tres pyramides æquas ſibi inuicem diuiditur .triangulares baſſes habentes & quoniam pyramis cuius baſis quidem eſt triangulum.abd.faſtigium autem.c.ſignum eadem eſt ipſi pyramidi cuius baſis quidem eſt triangulum. cab.uertex autem ſignum.d. ſub.eiſdẽ namq; planis comprehenduntur:pyramis autem cuius baſis eſt triangulum abd.uertex autem ſignum. c.tertium eſſe priſmatis oſtenſum eſt.Cuius baſis eſt triangulum.abc.ex oppoſito autem.def.& pyramis igitur cuius baſis eſt:abc.triangulum:uertex autem.d. ſignum tertium eſt priſmatis cuius baſis eſt triangulum.abc.ex oppoſito autem.def.omne igitur priſma & quæ ſequuntur reliqua quod oportebat demonſtrare.

¶ Correlarium.

¶ Ex hoc iam eſt manifeſtum q omnis pyramis tertia pars eſt priſmatis eãdem eidem baſim habentis & altitudinem æquam quoniam & ſi alia quæpiam figura recti linea habuerit baſes priſmatis & eadem ex oppoſito diuidatur in


p̄rismata triangulares bases habentia:& ea q̄ ex opposito

Interpres.

Campanus bellua in fine interpretationis præcedentis theorematis:quod apud ip̄m in.vi.est demonstratione ait Euclidem multa preteriisse quæ sunt scitu & cognitu necessaria & non aduertit dum has insanias effundit:se multa p̄teriisse:q̄ uere sunt cognitu necessaria ita nunc non nulli solent facere interpretes cum auctorē enim aliquem interpretantur;effundunt nescio quas laruas quasi hiis suis nugis uellint phamæ auctoꝝ detrahere.sic hoc in loco Campanus multas astruit ineptias quæ nullam prorsus afferunt utilitatem.

Theorema.viii.propositio.viii.

Similes pyramides triangulares bases habētes in triplici sunt ratione eiusdem rationis laterum.



Sint similes & similiter positæ pyramides quaꝝ bases quidem sunt.abc.def.triangula;fastigia uero ipsaꝝ sint.gh.signa.Dico q̄ abcg.pyramis ad.desh.pyramidem triplam habet rōnem q̄.bc.ad.ef.Compleantur enim.bgml.ehpo.solida parallelepipeda & qm̄ pyramis.abcg.similis est ipsi.desh.pyramidi æqualis igitur est angulus qui sub.abc. ei qui sub.def.angulo:& qui sub.gbc. ei qui sub.hef.& qui sub.abg.ei qui sub.deh.estq̄ sicut.ab.ad.de.sic est.bc.ad.ef.&.bg.ad.eh.& qm̄ est sicut.ab.ad.de.sic.bc.ad.ef.& circū æquos angulos latera sunt proportionalia. Igitur.bm.ipsi.ep.simile est parallelogrāmo & id ꝓpterea &.bn.ip̄i.er.simile ē &.bk.ipsi.ex.tria igitur.mb.bk.bn.tribus.ep.ex.er.sunt similia.Sed tria quidem.mb.bk.bn.tribus q̄ ex opposito sunt similia & tria.ep.ex.er.æqua & similia sunt tribus q̄ ex opposito:ipsa igitur.bgml.ehpo.solida parallelepipeda sub similibus planis æque multiplicibus cōprehenduntur.Igitur.bgml.ipsi.ehpo.solido simile est: similia aūt solida parallelepipeda in triplici sunt rōne eiusdem rationis laterū.per.xxxiii.xi.Igitur.bgml.solidū ad.ehpo.solidum triplam habet rationem q̄ eiusdem rōnis latus.bc.ad eiusdem rationis latus.ef.sicut aūt.bgml.solidum ad.ehpo.solidū sic.abcg.pyramis ad.desh.pyramida qm̄ pyramis sexta pars est solidi ac per hoc & prisma dimidiū existēs solidi parallelepipedi triplū est ipsius pyramidis &.abcg.igitur pyramis ad.desh.pyramida triplam rationē habet q̄.bc.ad.ef.quod demonstrasse oportuit.

Correlarium.

Ex hoc nempe est manifestū q̄ & multangulas bases habentes similes pyramides adinuicē in triplici sunt rōne eiusdē rōnis laterum diuisis enim ipsis in ipsas pyramides triangulares bases habentes & similia polygona basium in similia triangula diuiduntur & in æque multiplicia & eiusdē rationis totis erit sicut in altera una pyramis triangularem habens basim ad eam unam basim triangularem habentem in altera pyramide sic & omnes pyramides in altera pyramide triangulares bases habentes: ad pyramides existentes in altera pyramide: & habentes triangulares bases : hoc est pyramis ipsa polygonam basim habens : ad pyramida basim polygonam habentem :


& pyramis triangularem basim habens ad pyramida triangularē basim hñtē in triplici est rõne eiusdem rõnis laterꝝ: & polygonam igit̃ basim hñs: ad similem basim habentem: triplam habet rationem: q̃ latus ad latus.

❡ Theorema ix. propositio ix.



Aequalium pyramidum: & triangulares bases habentium reciprocae sunt bases altitudinibus: & pyramides triangulares bases habentes quarum reciprocae sunt bases verticibus: sunt aequales.

❡ Sint enim æquæ pyramides triãgulares bases habẽtes. abc. def. fastigia uero. gh. signa. Dico q̃ ipsarum. abcg. desh. pyramidũ reciprocæ sunt bases altitudinibus: & est sicut basis. abc. ad basim. def. sic est ipsius. desh. pyramidis fastigium: ad ipsius. abcg. pyramidis fastigiũ. Cõpleant̃ inq̃ ipsa. bgml. ehpo. solida parallelepipeda: & q̃m pyramis. abcg. æq̃lis est ipsi. desh. pyramidi: estq̃ ipsius q̃dem. abcg. pyramidis sexcuplũ ipm̃. bgml. solidũ. ipius aũt. desh. solidum. ehop. sexcuplũ est. Igitur solidũ. bgml. ipsi. ehop. solido æquũ est. Aeq̃liũ solidorum parallelepipedorum reciprocæ sunt bases altitudinibus p. xxxiiii. xi. Est igitur sicut. bm. basis. ad. ep. basim: sic est ipsius. chop. solidi fastigiũ: ad ipsius. bgml. solidi fastigiũ. Sed sicut q̃dẽ. mb. basis ad. ep. basim sic. abc. triangulum ad. def. triangulũ. Et sicut igit̃ per. xi. y. triangulũ. abc. ad triangulũ. def. sic ipsius. chpo. solidi altitudo ad ipsius. bgml. solidi altitudinem Sed ipsius. chpo. solidi altitudo idem est ipsi ipsius. desh. pyramidis altitudini & ipsius. bgml. solidi altitudo idem est ipsi ipsius. abcg. pyramidis altitudini. Est igit̃ sicut. abc. basis ad. def. basim sic ipsius. desh. pyramidis altitudo ad ipsius. abcg. pyramidis altitudinẽ ipsarum eni. abcg. desh. pyramidũ reciprocæ sunt bases altitudinibus. Sed iã ipsarum. abcg. desh. pyramidũ reciprocæ sint bases altitudinibus estoq̃ sicut. abc. basis ad. def. basim sic ipsius. desh. pyramidis fastigiũ ad ipsius. abcg. pyramidis fastigiũ. Dico q̃ pyramis. abcg. æq̃lis est ipsi. desh. pyramidi eisdẽ nãq̃ dispositis q̃m est sicut. abc. basis ad. def. basim sic est ipsius. desh. pyramidis uertex ad ipsius. abcg. pyramidis uerticem. Sed sicut. abc. basis ad ipsam. def. basim sic: bm. parallelogrãmum ad. ep. parallelogrãmum: & sicut igitur per. xi. y. bm. parallelogrãmum ad. ep. parallelogrãmum sic est ipsius. desh. pyramidis fastigium ad ipsius. abcg. pyramidis fastigiũ. Sed ipsius quidẽ. desh. pyramidis uertex est idem ipsius. ehpo. parallelepipedi uertici: & fastigium ipsius. abcg. pyramidis idem est ipsius. bgml. parallelepipedi altitudini est igitur sicut. bm. basis ad. ep. basim sic ipsius. chpo. parallelepipedi altitudo ad ipsius. bgml. parallelepipedi altitudinem. Solida uero parallelepipeda quorum reciprocæ sunt bases altitudinibus sunt æqualia per. xxxiiii. xi. Igitur solidum parallelepipedum. bgml. ipsi. ehpo. solido parallelepipedo est æq̃le: estq̃ ipius q̃dẽ. bgml. pyramis. abcg. sexta pars ipsius autẽ. ehpo. parallelepipedi sexta ps ẽ pyramis. desh. Igit̃ pyramis. abcg. ipsi. desh. pyramidi ẽ æq̃lis. Aequaliũ igit̃ pyramidum & triangulares bases habentium reciprocæ sunt bases altitudinibus: & pyramides triangulares bases habentes: quarum



bases uerticibus sunt reciprocæ: sunt æquales: quod ostendendū fuerat.

❡ Interpres.

❡ Precedēs theorema Campanus dum quasdā nugas effundit de corporibus seratilibus ac columnis lateratis: ꝓtermissit: & postmodū solita ignorantia ductus ait Euclidem multa q̄ necessaria sunt ꝓtermisisse sic facere huiusmodi nebulones consueuerunt.

❡ Theorema.x. propositio.x.



Omnis conus cylindri tertia pars est eandem eidem basim habentis: & aequale fastigium.

❡ Habeat enim conus cylindro basim eandem hoc est circulum.abcd.& æquale fastigium. Dico q̄ conus cylindri tertia pars est: hoc est q̄ cilindrus coni triplus ē. Si aūt cylindrus coni nō est triplus erit cylindrus cono aut maior: q̄ triplus aut minor. Sit prius maior q̄ triplus: & describat̃ p.vi.iiii.in circulo.abcd.□.abcd.Iam.□.abcd.maius ē q̄ dimidiū ipsius circuli.abcd.Cōstituat̃ ab ipō.abcd.□ prisma æque altū ipsi cylindro.Iā cōstitutū prisma maius ē q̄ ipsius cilindri dimidiū.Q m̄ & si ipsi circulo.abcd.□ circūscribamus:□ in ipso orbe.abcd.descriptū: circūscripti dimidiū ē: & ab ipsis cōstituta sunt æque alta solida parallelepipeda prismata: prismata igit̃ ipsa adinuicē sūt sicut bases.Et prisma igit̃ stans in ipō.abcd.□ dimidiū est eius prismatis qd̄ cōstituit̃ a □ ipsi circulo.abcd. circūscripto.Et cylindrus ipso prismate qd̄ fit a □ circūscripto ipsi circulo. abcd.minor est.Igit̃ prisma a □.abcd.cōstitutū: ipsi cylindro æque altū maius ē dimidio ipsius cylindri.Secetur p.xxx.iii.ipæ ab.bc.cd.da.circunferētiæ bifariā in.efgh.signis: & connectant̃ ipæ.ae.eb.bf.fc.cg.gd.dh.ha.& unūquodq̄ igit̃ ipsoꝝ.aeb.bfc.cgd.dha.triāguloꝝ maius est q̄ dimidiū eius quod circū se ipsum ipsius.abcd circuli segmenti: sicut ante ostendimus.Cōstituant̃ ab unoquoq̄ ipsoꝝ.aeb.bfc.cgd.dha.trianguloꝝ prismata æque alta ipsi cylindro: & unūquodq̄ igit̃ ipsoꝝ cōstitutoꝝ prismatum maius ē.q̄ dimidia pars p se se ipsius segmēti circuli.Q m̄ si p.ef.gh.signa parallelos ipis.ab.bc.cd.da.ducamus: cōpleamusq̄ q̄ in ipsis ab.bc.cd.da.parallelogrāma: & ab ipsis constituamus solida parallelepipeda ipi cylindro æque alta.Vnūquodq̄ cōstitutoꝝ dimidia sūt prismata q̄ in.aeb.bfc.cgd.dha.triāgulis & sunt ipsius cylindri defectiōes minores ipsis solidis parallelepipedis constitutis.Itaq̄ etiā q̄ in.aeb.bfc.cgd.dha.triangulis prismata.maiora sunt q̄ dimidiū p se se cylindri segmentorū.Dispescentes iam p.xxx.iii.relictas circunferentias diuidue & cōnectētes rectas lineas.excitātesq̄ ab uno quoq̄ ipsoꝝ triangulorū prismata æqualis fastigii ipsi cylindro.& hoc semp efficiētes.reliquamus quasdā defectiōes ipsius cylindri.quæ erūt minores excessu.quo excedit cylindrus triplum coni.Relinquātur.sintq̄ eb.bf.fc.cg.gd.dh.ha.Reliquum igitur prisma cuius basis qdē ē.aebfcgdha.multangulū.fastigium autē idem cū cylindro.maius est q̄ triplum coni.Sed prisma cuius basis qdē est.aebfcgdh.multangulū.fastigium autem idem cum cylindro.pyramidis triplum est.cuius basis qdem est.aebfcgdh.multāgulum

fastigium uero idem quod & cono:& pyramis igitur cuius basis quidem est: aebfcgdh.multangulum.uertex autẽ idẽ qui cono:maior est cono habẽte basim circulũ.abcd.sed & minor:comprehenditur & enim ab ipso quod est impossibile.Non est igitur cylindrus cono maior q̃ triplus.

¶ Dico insuper q̧ neq̧ minor q̃ triplus est cylindrus cono:si enim possibile sit minor q̃ triplus cylindrus cono.Rursus conus cylindro maior est q̃ tertia pars.Describatur iam per.vi.iiii.in circulo.abcd. □ .abcd.igitur quadratum abcd.maius est q̃ dimidium ipsius.abcd.circuli. Constituatur ab ipso.abcd. quadrato pyramis idem ipsi cono habens fastigium.Igitur pyramis constituta:maior est q̃ dimidiũ coni:quoniã sicut ante ostendimus quando ipsi circulo quadratũ describimus:quadratũ.abcd.circunscripti dimidiũ est:& si quadratis solida parallelepipeda constituamus æque alta ipsi cono q̃ & prismata appellanẽ:erit constitutũ ab ipso.abcd.quadrato:dimidiũ eis quod constituitur a circũscripto quadrato:adinuicẽ enim sunt ut basis:quare & tertia pars & pyramis igitur cuius basis.abcd.quadratũ dimidiũ est pyramidis constitutæ ad quadratũ ipsi orbi circunscriptũ:& pyramis constituta a circa circulum quadrato:quẽ conus cõprehendit maior est.pyramis igitur cuius basis.abcd. quadratũ:fastigiũ autẽ idẽ quod & cono maior est q̃ coni dimidiũ.Secentur per.xxx.iii.ab.bc.cd.da.circũferentiæ bifariã in.efgh.signis.& connectantur ae.eb.bf.fc.cg.gd.dh.ha.unũquodq̧ igitur ipsorũ.aeb.bfc.cgd.dha.triangulorum maius est q̃ pars dimidia per sese segmenti circuli.abcd.constituantur nempe ab unoquoq̧ ipsorũ.aeb.bfc.cgd.dha.triangulorũ pyramides idẽ ipsi cono habentes fastigiũ:& unaqueq̧ igitur constitutarũ pyramidũ eodẽ mõ maior est q̃ dimidia pars per sese segmenti ipsius coni.secantes iam per.xxx. iii.relictas circũferentias diuidue:& connectentes rectas lineas:& excitantes ab uno quoq̧ triangulorũ pyramida idem ipsi cono fastigiũ habentem:& hoc semp efficiente relinquemus quædam coni segmenta:q̃ erunt minora excessu quo excedit conus tertiã partẽ cylindri.Relinquantur & sint.ae.eb.bf.fc. cg.gd.dh.ha.Reliqua igitur pyramis cuius quidem basis est.aebfcgdh.multangulum:uertex autem idem qui cono: maior est q̃ tertia pars cylindri.Sed pyramis cuius basis quidem est.aebfcg.dh.multangulum.uertex autẽ idem qui cono tertia est pars prismatis cuius basis quidem est.aebfcgdh.multangulum:fastigiũ autẽ idem quod & cylindro.Igitur prisma cuius basis quidẽ est.aebfcgdh.multangulũ.fastigium autem idem ipsi cylindro:maius est cylindro cuius quidem basis est circulus.abcd.sed & minus conprehenditur nãq̧ ab eo.quod est impossibile.Cylindrus igitur cono minor non est q̃ triplus: patuit autem q̧ neq̧ maior q̃ triplus:triplus igitur est cylindrus coni.Quare conus cylindri tertia pars est.Omnis igitur conus cylindri tertia pars est eandem eidem basim habentis & æquale fastigiũ.quod fuerat ostendendum.



¶ Interpres.

¶ Et præcedens quoq; theorema campanus qui euclidem ausu temerario coarguere suis nugis conatur pretermissit;ut docent græcæ lectiones.

Theorema.xi.propositio.xi.

Ab eodem fastigio existentes coni: & cylindri adinuicem sese habent sicut bases.

Sint sub eadē altitudine coni & cylindri: quorꝫ bases quidem sunt.abcd.efgh.circuli: axes autē sint.kl.mn.dimetientes uero basium sint.ac.eg.Dico ꝙ est sicut.abcd.circulus ad.efgh.circulū: sic est.al.conus ad aliquod solidū minus ipso.en.cono: uel ad maius. Sit prius ad minus hoc est ad.x.& quo minus est.x.solidū ipso.en.cono eo æquū esto.i.solidum Igitur conus.en.æquus est ipsis.ix.solidis. Describatur per.yi.iiii.in circulo.efgh.□.efgh.Quadratū igitur maius est q̄ dimidiū circuli.excitetur ab ipso efgh.□ pyramis æque alta ipsi cono.Igitur ipsa pyramis excitata maior est q̄ dimidium ipsius coni.Quoniā si circūscribamus ipsi orbi □: & ab ipso excitemus pyramida cono æque altā: inscripta pyramis dimidiū est circunscriptæ: adinuicē enim sunt sicut bases. Conus aūt minor est pyramide circūscripta: pyramis igitur cuius basis est.efgh.□.uertex aūt idē ipsi cono maior est q̄ dimidiū coni.Secent̄ p.xxx.iii.ef.fg.gh.he.circunferētiæ diuidue in signis oprs.Conectant̄qꝫ ipsæ.ho.oe.ep.pf.fr.rg.gs.sh.unumqdꝙ igitur ipsorum.hoe.epf.frg.gsh.triangulorꝫ maius est q̄ dimidiū per sese segmenti ipsius circuli.Excitet̄ ab uno quo ipsorꝫ.hoe.epf.frg.gsh.triangulorꝫ pyramis æque alta ipsi cono.Vnaqueqꝫ igitur excitatarꝫ pyramidū maior est q̄ dimidia pars p sese segmenti coni.Secantes igitur p xxx.iii.reliquas circūferētias diuidue cōnectētesqꝫ re[...]as lineas: & excitātes ab uno quoqꝫ triāgulorꝫ pyramides ipsi æque altas cono: & hoc semp fiat; relinquemus quasdā coni defectiones: q̄ erūt minores ipo.i.solido.Relinquant̄; sintqꝫ in.hoe.epf.frg.gsh.Reliqua igit̄ pyramis cuius basis quidē est.oepfrghs.multangulū.fastigiū idem quod cono: maior est ipso.x.solido.Inscribatur & in circulo.abcd.ipsi.hoepfrgs.multangulo.simile & similiter positum multangulum.dtaybqcu.exciteturqꝫ ab ipso pyramis æque alta ipsi.al.cono.Quoniā igitur est sicut qdꝫ ex.ac.ad id qdꝫ ex.eg.sic.dtaybqcu.multangulum ad id quod sub.hoepfrgs.multangulum. Sicut aūt quod ex.ac.ad id quod ex.eg.sic.abcd.orbis ad.efgh.orbem.Et sicut igit̄ p.xi.y.abcd.orbis ad.efgh.orbē.sic.dtaybqcu.multangulū.ad.hoepfrgs.multāgulū.Sicut aūt.abcd.orbis ad.efgh.orbē.sic.al.conus ad.x.solidum.Sicut aūt.dtaybqcu.multangulū ad.hoepfrgs.multāgulum.sic pyramis cuius basis est.dtaybqcu.multāgulū uertex autē.l.signū.ad pyramida cuius basis quidē est.hoepfrgs.multāgulū.fastigium autē.n.signū.& sicut igitur per.xi.y.al.conus ad.x.solidum.sic pyramis cuius basis quidem.dtaybqcu.multangulum.uertex autem.l.signum.ad pyramida cuius basis qdem est.hoepfrgs.multangulū uertex autem.n.signum.Vicissim igitur per.xyi.y.est sicut.al.conus ad eam q̄ in se ipso pyramida.sic.x.solidū ad eam q̄ in.en.cono pyramida maior autem est.al.conus ea q̄ in se ipso pyramide.maius igitur est & .x.solidum ea quæ in.en.cono pyramide.sed & minus quod absurdum est.Non igitur est sicut.abcd.circulus ad.efgh.circulum.sic.al.conus ad aliquod

solidũ minus ipso.en.cono.Similiter iã demonstrabimus q; neq; sicut.efgh. orbis ad.abcd.orbẽ:sic en.conus ad solidũ aliqd maius ipo.al.cono. Dico iam q; neq; est sicut.abcd.orbis ad.efgh.orbẽ:sic conus.al.ad aliqd solidum maius ipso.en.cono.Si enĩ possibile esto ad maius.x.rursus igit' est sicut.efgh.orbis ad.abcd.orbẽ:sic est.x.solidũ ad.al.conũ.Sed sicut.x.solidũ ad.al.conũ:sic est en.conus ad aliquod solidũ minus ipso.al.cono.& sicut igitur per.xi.y.efgh. circulus ad.abcd.circulũ sic conus.en.ad aliquod solidum minus ipso.al.cono quod absurdum eẽ patuit.Non est igitur sicut.abcd.orbis ad.efgh.orbem: sic.al.conus ad solidũ aliquod minus ipso.en.cono.patuit autẽ q; neq; ad minus est igitur sicut.abcd.orbis ad.efgh.orbẽ:sic.al.conus ad.en.conum:sed sicut conus ad conum sic cylindrus ad cylindrum.triplus est alter alterius.Et sicut igitur per.xi.y.abcd.orbis ad.efgh.orbem:sic qui in ipsis cylindri æque alti ad conos:sub eodem igitur fastigio subsistentes coni & cylindri.se adinuicem habent sicut bases.quod erat ostendendum.


¶ Interpres.

¶ Et precedens theorema a Cãpano fuisse ptermissum inuenimus.sicut & ex græca lectione.& ex fœda cãpani interptatione legẽtibus datur intelligi.


¶ Theorema.xii.propositio.xii.

Similes coni & cylindri ad se inuicem in tripla sunt ratione sicut dimetientium ad bases.


¶ Sint similes coni.& cylindri.quoꝝ bases quidem.abcd.efgh? orbes.dimetientes uero basium sint.bd.fh.& axes conoꝝ siue cylindroꝝ sint.kl.mn.Dico q; conus cuius basis quidẽ est.abcd.circulus: fastigium aũt.l.signum ad conum cuius qdẽ basis est.efgh.uertex aũt.n.signũ:triplam hẽt rõnem q̃.bd.ad.fh.Si autẽ.abcdl.conus ad.efghn.conũ triplam rõnem non hẽt:q̃.bd.ad.fh.habebit conus.abcdl.uel ad solidũ aliquod minus ipso.efghn.cono triplam rationẽ uel ad minus habeat prius ad minus.x. Describaturq; per.yi.iiii.in circulo.efgh.□.efgh.Igitur.efgh.□.maius est q̃ dimidium circuli.efgh.excitetur ab ipso.efgh.□ pyramis æque alta ipsi cono.Igitur pyramis excitata maior est q̃ dimidia pars coni.Secentur iam per.xxx.iii. ipsæ.ef.fg.gh.he.circunferẽtiæ diuidue:in .oprs.signis.connectanturq; eo. of.sp.pg.gr.rh.hs.se.unũquodq; igitur ipsorum.eof.fpg.grh.hse.triangulorum maius est q̃ dimidia pars per sese segmenti circuli.efgh. Constituatur ab uno quoq; ipsorũ.eof.fpg.grh.hse.triangulorũ pyramis idem habens fastigiũ ipsi cono:unaquęq; igitur ipsarum excitataꝝ pyramidũ maior est q̃ dimidium per sese segmenti circuli. Secantes igitur p.xxx.iii.relictas circũferẽtias diuidue & connectentes rectas lineas excitantesq; ab uno quoq; triangulorum pyramides:fastigium ipsi cono habentes idem & hoc semper efficientes relinquemus quasdam coni defectiones quæ erunt minores excessu quo excedit.efghn.conus ipsum.x.solidum. relinquantur:& sint in.eo.of.sp.pg. gr.rh.hs.se.reliqua igitur pyramis cuius basis quidem est.eofpgrhs.multangulum:uertex autem .n.signũ maior est ipso.x.solido.Describatur in circulo



abcd.ipsi.cofpgrhs.multangulo simile similiterq; positũ multãgulũ.atbycqdu.& excitetur ab ipso pyramis idẽ habens ipsi cono fastigiũ & cõprehendentiũ pyramida cuius basis q̃dẽ est.atbycqdu.multangulũ.uertex autem.l.signũ unũ triangulũ esto.lbt.Cõprehendentiũ autẽ pyramida cuius basis quidem est.cofpgrhs.multãgulũ fastigiũ aũt.n.signũ unũ triangulum esto.nfo.& cõnectat̃.kt.mo.& quoniã per primã.yi.diffinitionẽ. abcdl. conus similis est ipsi.efghn.cono est igitur sicut.bd.ad.fh.sic.kl.axis ad.mn.axem. Sicut autẽ bd.ad.fh.sic.bk.ad.fm.& sicut igitur per.xi.xii.& xy.y.& per diffinitionẽ.xx.xi.bk.ad.fm.sic.kl.ad.mn.& uicissim per.xyi.y.sicut.bk.ad.kl.sic.fm.ad.mn.& circũ æquos ãgulos.bkl.fmn.latera sunt ꝓportionalia.Igit̃ p diffõnem.i.yi.triãgulũ.bkl.simile est ipsi.fmn. triangulo. Rursus q̃m est sicut.bk.ad.kt.sic fm.ad.mo.& circum æquos angulos.bkt.fmo. q̃m q̃lis pars est angulus. bkt.eoꝝ qui ad.k.centrũ quattuor rectoꝝ talis pars est & angulus.fmo.eorum qui ad.m.centrũ quattuor rectoꝝ.Quoniam igitur circum æquos angulos latera sunt proportionalia.Igitur triangulũ.bkt.simile est ipsi.fmo.triangulo. Rursus quoniã patuit sicut.bk.ad.kl.sic.fm.ad.nm. æqualis autẽ est.bk.ipsi.kt.& fm.ipi.mo.est.igit̃ sicut.tk.ad.kl.sic.om.ad.mn.& circũ æquos angulos.tkl.omn.recta latera ꝓportiõalia.Igit̃.lkt.triangulũ ipsi.mno.triangulo simile ẽ:& quoniã p.yi.yi.& ꝓpter similitudinem ipsoꝝ.lkb.nmf.triangulоꝝ est sicut.lb.ad.bk.sic.nf.ad.fm.& ꝓpter similitudinẽ ipsoꝝ.bkt.fmo.trianguloꝝ est sicut.kb.ad.bt.sic.mf.ad.fo.Ex æquali igitur per.xxii.v.sicut.lb.ad.bt. sic.nf.ad.fo.Rursus quoniam ob similitudinem ipsoꝝ.ltk.nom.trianguloꝝ:est per.yi.yi.sicut.lt.ad.tk.sic.no.ad.om.ꝑ autẽ similitudinẽ ipsoꝝ.tkb.omf.triangulorum est sicut kt.ad.tb.sic.mo.ad.of.Ex æquali igitur per.xxii.y.sicut.lt.ad.tb.sic.no.ad.of.patuit autem & sicut.tb.ad.bl.sic.of.ad.fn.ex æquali ergo per xxii.y.sicut.tl.ad.lb.sic.on.ad.nf.Igitur ipsoꝝ.ltb.nof.trianguloꝝ proportionalia sunt latera:ipsa igitur.ltb.nof.triangula æquiangula sunt: quare & similia per.y.yi.& pyramis igitur cuius basis quidẽ est.bkt.triangulũ:uertex autem.l.signum:similis est pyramidi cuius basis quidẽ est.fmo.triangulum uertex autẽ.n.signũ:sub similibus eni planis æque multiplicibus cõprehenduntur.Similes autem pyramides triangulares bases habentes in triplici sunt ratione eiusdem rationis lateꝝ per.yiii.xii.pyramis igitur.bktl.ad.fmon.pyramida triplam rõnẽ hẽt.q̃.bk.ad.fm.Similiter iã cõnectẽtes ab ipsis.au.dq.cy.in.k.rectas lineas:& ab ipsis.es.hr.gp.in.m.excitantesq; in triangulis pyramides:eadẽ habẽtes fastigia ipsis conis ostendemus q̃ & unaqueq; ipsaꝝ eiusdem generis pyramidũ ad unãquanq; eiusdem generis pyramida triplam habet rationẽ.q̃.bk.eiusdẽ rationis latus.ad.fm.eiusdẽ rationis latus:hoc est.q̃.bd.ad.fh.Sed sicut unũ antecedẽtiũ:ad unũ sequentiũ:sic oĩa antecedẽtia ad omnia sequentia.Est autẽ & sicut.bktl.pyramis ad.fmon.pyramida:sic est tota pyramis cuius basis.atbycqdu. multangulum: uertex autẽ.l.signũ:ad totã pyramidẽ cuius quidẽ basis est.cofpgrhs. multangulũ: uertex uero.n.signũ. Quare & pyramis cuius basis quidẽ est:atbycqdu.multangulũ.fastigiũ autẽ



l.signū.ad pyramida cuius quidē basis.cofpgrhs.multangulū. fastigiū autē.n.signū triplā habet rationē.q̄.bd.ad.fh.supponitur autē & conus cuius basis quidē.abcd.orbis fastigiū autē.l.signū ad.x.solidū triplā rationē habens q̄ bd.ad.fh.est igitur sicut conus cuius basis quidē.abcd.circulus.uertex autē.l.signū ad.x.solidū.Sic pyramis cuius quidē basis est .atbycqdu. multangulū uertex autē.l.ad pyramida.cuius basis quidē est.cofpgrhs.multangulum uertex autē.n.signū uicissim.igit̄ per.xyi.y.sicut conus cuius basis qdē ē.abcd.orbis uertex.āt.l.ad eā q̄ in se pyramida cuius basis ē.atbycqdu.multangulū uertex āt.l.signū sic solidū.x.ad pyrāida cuius basis qdē ē.cofpgrhs.uertex aūt.n.signū.maior āt est p̄dictus conus ea q̄ in seipso pyrāide.ipsā enī continet . Igitur.x.solidū maius est ipsa pyramide.cuius basis quidē est.efgh.circulus.uertex autē.n.signū.& triplā habet rōnē q̄.bd.ad.fh. Similiter iam demonstrabimus q͏ neq;.efghn.conus ad solidū aliquod minus ipso.abcdl.cono triplā rationē habet.q̄.fh.ad.bd.Dico iā q͏ neq;.abcdl. conus ad aliquod solidū maius ipso.efghn.cono triplā habet rationē.q̄.bd.ad.fh.si enī possibile.habeat ad maius.x.rursus igitur.x.solidū ad.abcdl.conum triplā habet rationē.q̄.fh.ad.bd.sicut autē.x.solidū ad.abcdl.conū. sic.efghn. conus ad aliquod solidū minus ipso.abcdl.cono.&.efghn.igit̄ conus ad solidū aliquod minus ipso.abcdl.triplā rationē habet.q̄.fh.ad.bd.quod īpossibile esse patuit. Igitur .abcdl.conus ad solidum aliquod maius ipso.efghn.cono triplā rationem non habet.q̄.bd.ad.fh.patuit autē q͏ neq; ad minus.conus igitur.abcdl.ad conū.efghn.triplā rationē habet.q̄.bd.ad.fh.per.xy.y.Sicut autem conus ad conū.sic cylindrus ad cylindrū.triplus enī eū cylindrus ipsius coni. qui in eadē est basi ipsi cono.& sub æquali fastigio ipsi cono.ostensum est autem q͏ ōis conus cylindri tertia pars est eādē eidē basim habēti per.x.xii. & æquale fastigiū.& cylindrus igitur ad cylindrū triplā habet rationē.q̄.bd.ad.fh.similes igitur coni & cylindri adinuicem in triplici sunt ratione sicut dimetiētiū ad bases.quod ostendere oportuit.



Interpres.


Precedens theorema quod ex decima huius uoluminis propositione scatet.& quod id cōprobat quod in decima ostensum est Cāpanus pretermissit nox uero lectionē græcā ad amusim sequuti sincere interpretati sumus . nihil relinquimus.addidimus nihil . subsecuimus autem nihil censuimus enim q͏ qui auctoribus interpretādis aut minuunt.aut detrahunt siue etiam addunt. Auctorum opera turpiter surātur.& sic labores alienos sibi uendicant . quare inquam nihil eē potest fœdius.egregios homines qui sic se a uetustate commendari posse putant.



Theorema.xiii.propositio.xiii.

I cylindrus plano secetur parallelo existēti eis quae ex opposito planis: erit sicut cylindrus ad cylindrum: sic axis ad axem.

Cylindrus inq̄.ad.plano.gh.secetur parallelo existente eis q̄ ex opposito



planis:hoc est ipsis.ab.cd. Dico q; est sicut.bg. cylindrus:ad.gd. cylindrum: sic est.ek.axis ad.kf.axē.Extendatur axis.ef.ex utraq; parte in.lm.signa:exponaturq; ipsi.ek.axi quilibet utcunq;.en.nl.ipsi autem.fk. quilibet utcunq;.fx.xm.& extendantur per.ln.xm.signa plana parallela.ab.cd.& intelligantur in ipsis per.lnxm.planis circū centra.lnxm.circuli.op.rf.ty.qu.æquales ipsis.ab.cd.& intelligantur cylindri.pr.rb.dt.tu.& quoniā ipsi.ln.ne.ek.axes adinuicē sunt æquales ipsi igitur.pr.rb.bg.cylindri adinuicē sunt sicut bases per.xi.xii.Bases autē sunt æquales.igitur &.pr.rb. bg. cylindri sunt æqles. Q m igitur.ln.ne.ek.axes adinuicē sunt æquales sicut bases:bases autē sunt æquales æquales igitur sunt &.pr.rb.bg.cylindri adinuicem. Q uoniā igitur ipsi.ln.ne.ek.axes adinuicē sunt æquales.Sunt autē & ipsi.pr.rb.bg. cylindri.adinuicem æquales:& multitudo ipsorum.ln.ne.ek. æqualis est multitudini ipsorū.pr.rb.bg.quotuplex igitur est.kl.axis:ipsius.ek. axis. totuplex erit &.pg.cylindrus ipsius.bg.cylindri:& iam id ꝓpterea: quotuplex est.mk.axis ipsius.kf.axis. totuplex est & cylindrus .ug. ipsius.gd.cylindri: & si.kl. axis æqualis est ipsi.km.axi.æquus est & cylindrus.pg.ipsi.gu.cylindro.Si autem axis.kl.maior est ipso.km.axe.maior erit &.pg.cylindrus ipso.gu. cylindro: & si minor:minor per.i.y.Q uattuor iam existentibus magnitudinibus: axibus quidem.ek.kf.cylindris autē.bg.gd.accipiuntur per diffinitionē.yi.y.æquæ multiplex ipsius quidem.ek.axis:&.bg.cylindri ipse axis.kl. &.pg. cylindrus. Ipsius autē.kf.axis:&.gd. cylindri.km.axis.&.gu. cylidrus: & patet q; si.kl.axis excedit.km.axem.&.pg.cylindrus ipsum excedit.gu. cylindrum. & si æqualis:æqualis & si minor:minor. Est igitur sicut .ek. axis ad.kf.axem:sic.bg.cylindrus ad.gd.cylindrum quod ostendere oportuit.

¶ Interpres.


¶ Campanus præcedens theorema non recte est interpretatus. non habetur enim apud græcam lectionē in ipso theoremate.q; cylindri axibus sint ꝓportionales.sed q; est sicut cylindrus ad cylindrum.sic est axis ad axem.sic etiam in duodecima propositione ait si duæ pyramides rotūdæ.& unde obsecro is bonus uir ducat.aut ubi uiderit unq̄ pyramides rotūdas. quid hoc est hominis.pyramides rotundæ nusq; gentiū inueniunt. q; sciā. pyramides &.n.oēs.pter conos & sint sup q̄cunq; basi constitutæ in acutū insurgētes desinunt. & quo altius erriguntur tanto fortius latitudinem fugiunt & amittunt. quoad signū & fastigiū peruenerint.formam ignis imitantes unde sumpserunt nomen.qui ut omnes sciunt in accutum semper sese errigit.

¶ Theorema.xiiii. propositio xiiii.



In æqualibus basibus existentes coni & cylindri: adinuicem sese habent: sicut fastigia.

¶ Sint enim i æqualibus basibus.ab.cd.cylindri.fd.eb. Dico q; est sicut cylindrus.eb.ad cylindrū.fd.sic est.gh.axis ad. kl. axem extendatur inq̄.kl.axis i.n.signū.ponaturq; ipsi.gh.axi æqualis.ln. & circum axem.ln.intelligatur cylindrus.cm.Q uoniam igitur.eb.cm.cylindri. sub eo



dem sunt fastigio: adinuicē sunt sicut bases per.xi.xii. Bases autē inuicē sunt æquales: igitur & cylindri.eb.em.sunt æquales. Et qm̄ cylindrus.fm. plano quoddā secat.cd.parallelo existente eis q̄ ex opposito planis. est igitur p.xiii. xii. sicut.em.cylindrus ad.fd.cylindrū: sic est.ln.axis ad.kl.axem. æqualis autem est.em.cylindrus ipsi.eb.cylindro.&.ln.axis ipsi.gh.axi. Est igitur sicut eb.cylindrus ad.fd.cylindrum: sic est.gh.axis ad.kl.axem. Sicut autem.eb.cylindrus ad.fd.cylidrū.sic.agb.conus ad.cdk.conū.tripli enim sunt cylindri ipsoꝝ conoꝝ per.x.xii.& sicut igit̄ p.xi.y.gh.axis ad.kl.axem.sic.abg.conus ad.cdk.conū.&.eb.cylindrus ad.fd.cylindrū.qđ erat ostendendum.

Interpres.

Et precedens theorema cāpanus quoq; ꝑtermissit id inq̄ nos grææ docēt lectiones, quas ad unguē obseruauimus.& ab eis nō parum.sed nihil discrepauimus: noluimus eni aliquid subuertere.nā nostrū nō est aliena nobis uendicare & asscribere.ut non nulli facere ausi sunt.

Theorema.xv.propositio.xv.

Æqualium conorum & cylindrorum reciprocae sunt bases verticibus: & coni & cylindri quorum reciprocae sunt bases verticibus sunt aequales.

Sint æquales coni & cylindri quorū bases quidem.abcd.efgh. orbes, dimetientes autē ipsorū.ac.eg. axes autē sint.kl.mn. Qui & altitudines sunt conoꝝ & cylindroꝝ & cōpleantur ipsi.ax.eo.cylindri. Dico q; ipsorū.ax. oe.cylindroꝝ reciprocæ sunt bases uerticibus, hoc ē.q; est sicut.abcd.basis ad.efgh.basim.sic est.mn.uertex ad.kl.uerticē. Fastigiū inq̄.lk.ipsi.mn.fastigio autē est æquale.aut non sit prius æquale.ē autē &.ax.cylindrus ipsi.eo.cylindro æqualis.sub eodē nāq; fastigio existentes coni & cylindri adinuicem sunt sicut bases per.xi.xii. Aequalis ē igitur.abcd.basis ipsi.efgh.basi. Quare & reciprocæ sunt.sicut.abcd.basis ad.efgh.basim. Sic.mn.fastigiū ad.kl.fastigiū. Sed iam non sit uertex.lk.ipsi.mn.æqualis. sed esto maior.mn.& auferatur per tertiam primi ab ipsa.mn.altitudine ipsi.kl.æqualis.pm. ponaturq; per.u.primi ipsi.lk.uertici.æqualis.pm.& per.p.signū secetur per.xiii. xii.cylindrus.oc.plano.ytf.parallelo existenti eis q̄ ex opposito planis hoc est. efgh.ro.circuloꝝ.& a basi quidē ipsius.efgh.circuli.fastigio uero.mp.cylindrus intelligatur.ef.& quoniā.ax.cylindrus æquus est ipsi.eo.cylindro. Alius autē.ef.cylindrus. Est igitur per.yii.y.sicut.ax.cylindrus ad.ef.cylindrum sic est.eo.cylindrus ad.ef.cylindrum. Sed sicut quidem.ax.cylindrus ad.ef.cylindrū.sic est.abcd.basis ad.efgh.basim. Sub eadem enim sunt altitudine ipsi.ax.ef.cylindri. sicut autē cylindrus.eo.ad cylidrū.ef.sic.mn.altitudo.ad.mp. altitudinem. Cylindrus nanq;.eo.plano aliquo secatur.ytf.parallelo existenti eis q̄ ex opposito planis est igitur sicut.abcd.basis ad.efgh.basim.sic est.mn. uertex.ad.mp.uerticē. Aequalis autem est.pm.uertex ipsi.kl.uertici. Est igitur sicut.abcd.basis ad.efgh.basim.sic.mn.altitudo ad.kl.altitudinē. Aequalium igitur.ax.eo.cylindroꝝ reciprocæ sunt bases altitudinibus. Sed iam ipso

rum.ax.eo.cylindrorũ reciprocæ sint bases altitudinibus.estoq; sicut .abcd. basis ad.efgh.basim.sic uertex.mn.aduerticẽ.kl.Dico q; .ax.cylindrus æqualis est ipsi:eo.cylindro:eisdem nãq; dispositis.quoniã est sicut.abcd.basis ad. efgh.basim.sic.mn.fastigiũ ad.kl.fastigiũ.æqualis autẽ est.kl.uertex.ipsi.pm. uertici.est igitur sicut.abcd.basis ad.efgh.basim.sic.mn.uertex.ad.pm.uerticem.Sed sicut quidem.abcd.basis ad.efgh.basim.sic cylindrus.ax.ad.ef.cylindrũ sub eodẽ nanq; est fastigio.Sicut autẽ.mn.per.xiiii.xii.uertex ad .pm. uerticem.sic.eo.cylindrus ad.ef.cylindrũ.Est igitur sicut.ax.cylindrus ad.ef. cylindrum.sic est.eo.cylindrus ad.ef.cylindrum.æqualis igitur est.ax.cylindrus ipsi.eo.cylindro.sic etiã & in conis.æqualium igitur conorum:& cylindrorũ:& q̃ sequuntur reliqua:quod ostendere oportuit.

Interpres.

¶ Campanus qui semper ordinem subuertit precedẽs theorema in duodecima posuit propositione.

¶ Problema primum propositio.xvi.

Binis orbibus circum idem centrum existentibus in maiori orbe multangulũ aequilaterũ & parilaterũ inscribere: non tangentem orbem minorem in superficie.

¶ Sint bini orbes.abcd.efgh. circũ idẽ centrũ.k. oportet in maiori circulo.abcd.multangulũ æquilaterum:& parilater; inscribere.non tãgẽtem ipsum.efgh.circulũ.excitetur per.k.centrum recta linea.bd.& a signo. g.ipsi.db.rectæ lineæ ad angulos rectos excitetur per.xi.primi.ag.in.c.igitur ac.tangit ipsum.efgh.orbẽ.Secantes iam per.xxx.iii.ipsam.bad. circunferentiam diuiduc:& ipsius dimidiũ bifariã:& hoc semp efficientes per.i.x.relinquemus quandam circunferentiã minorem ipsa.ad.relinquatur & esto.ld.& ab ipso.l.in.bd.perpẽdicularis excitetur .per.xii.primi.lm.extendaturq; in.n. & connectantur ipsæ.ld.dn.ln.igitur.ld.ipsi.dn.est æqualis&. Quoniam parallelus est.ac.ipsi.ln.sed.ac.tangit ipsum.efgh.orbem.Igitur.lm. non tangit ipsum orbem.efgh.multo minus igitur ipsæ.ld.dn.tangunt ipsum.efgh. orbem.Si autem ipsi.ld .rectæ lineæ æquales in continuum aptabimus in orbe. abcd.describetur in orbe.abcd.multangulus æquilaterus.& parilaterus non tangens ipsum orbem.efgh.minorem.quod facere oportuit.

¶ Corrolarium.

¶ Et inde est manifestum q; perpendicularis quæ ex .l. in .bd. unum circulum non tangit.

¶ Interpres


¶ Campanus præcedens problema in tertiadecima propositione posuit. at apud græcos in decimasexta inuenitur.in hiis disciplinis non seruato ordine cuncta ruant necesse ẽ.Euclides ordinẽ in hoc opere mirũ in modũ obseruauit.at bonus uir cãpanus hoc nõ intellexit.

¶ Problema.ii.propositio.xvii.


Binis sphaeris circũ idẽ centrũ existẽtibus:in maiori sphae


ra ſolidū polybedrū iſcribere nō tāgens ſphaerā minorē in ſupficie.

Intelligantur binæ ſphæræ circū idem centrum.a.oportet iam in maiori ſphæra ſolidū polyhedrum inſcribere.nō tāgens ſphærā minorem in ſuperficie ſecētur ſphæræ plano aliquo per centrū.erūt igitur ſectiōes circuli.qm̄ per xii.diffinitionē.xi.manēte diametro.& circūducto ſemicirculo fit ſphæra.quare & in quauis poſitione intelligamus hemicycliū quod p ipm eductū planum efficiet in ſupficie ſphæræ circulū.& manifeſtū ꝗ & maximum.qm̄ ſphæræ diameter.qui etiā ē hemicyclii diameter.& pinde circuli.maior eſt per.xy.iii.oībus in circulo uel ſphæra ductis rectis lineis.Eſto igiť in maiori quidē ſphæra circulus.bcde.i minori autē circulus.fgh.excitenturq; ipſoꝝ diametri ad angulos rectos ſibi inuicē.bd.ce.& binis orbibus circa idē centrum exñtibus hoc eſt.bcde.fgh.i maiori circulo.bcde.multāgulū æquilaterū & parilaterū deſcribať p precedentē non tangēs ſphærā minorē.fgh.cuius latera ſint.be.quarta parte.bk.kl.lm.me.& cōnexa.ka.recta linea extēdatur in.n.& excitetur per xii.xi.ab ipſo.a.ſigno ipſi ipſius.bcde.circuli plano ad angulos rectos.ax.& cōparetur ipſi ſupficiei ſphæræ per.x.& per.ax.& per utranq; ipſarū.bd.kn.plana pducātur faciuntiam per pdicta in ipſius ſphæræ ſuperficie maximos orbes:efficiant quorū hemicyclia ſint in:bd.kn.diametris.hoc eſt.bxd.hxn.& qm̄.xa.recta eſt ad ipſius.bcde.planum.& oīa igitur q̄ per.xa.plana recta ſunt ad ipſius.abcde.circuli planū.Quare &.bxd.kxn.hemicyclia recta ſunt ad ipſius.bcde.circuli planū.& qm̄ hemicyclia.bcd.bxd.kxn.ſunt æqualia.in æqualibus nāq; ſunt diametris.bd.kn.&.be.bx.kx.quartæ partes īter ſe ſunt æquales.Quot enim latera multāguli ſunt in.be.quarta parte.tot quoq; ſunt in ipſis.bx.kx.quartis partibus æquales ipſis.kb.kl.lm.me.rectis lineis æquales.deſcribanť & ſint.bo.op.pr.rx.kſ.ſt.ty.yx.& cōnectantur ipſæ.ſo.tp.yr.Et ab ipſo.oſ.in ipſius.bcde.circuli planū ppendiculares excitenť.cadunt inq̄ in cōes ſectiōes planoꝝ.bd.kn.qm̄ & ipſoꝝ.bxd.kxn.plana recta ſunt ad ipſius.bcde.circuli planū.cadant & ſint.oz.ſq.& cōnectantur.ſq.& qm̄ æqualibus hemicycliis.bxd.kxn.æquales rectæ lineæ ſunt.bo.kſ.& perpēdiculares ductæ ſunt.oz.ſq.æqualis igiť eſt.oz.ipſi.ſq.&.bz.ipſi.kq.eſt autē & tota ba.toti.ka.æqualis:& reliqua igitur.za.reliquæ.qa.eſt æqualis.ē igiť ſicut.bz ad.za.ſic eſt.kq.ad.qa.parallelus igitur eſt.qz.ipſi.kb.& qm̄ utraq; ipſaꝝ.oſ.ſq.recta eſt.ad ipſius.bcde.circuli planū parallelus igitur eſt.oz.ipſi.ſq.patet autem ꝗ & ipſi æqualis.&.qz.ſo.igitur æquales & paralleli ſunt.Et qm̄.qz.



ipſi.ſo.parallelus eſt: ſed.zq.ipſi.kb.parallelus eſt: &.ſo.igitur ipſi.kb.paralle
lus eſt: & ipſas cõnectũt ipſæ.bo.kſ.igit̃.bokſ.□ in uno eſt plano. Q m̃ per
yii.xi.ſi fuerint binæ rectæ lineæ parallelæ: & ab utraq; ipſarũ accipiantur cõ
tingentia ſigna: & ad ipſa ſigna annexa recta linea: in eodẽ eſt cũ ipſis paralle
lis plano. Idq; ꝑpterea & unũ quodq; ipſorũ.ſopt.rytſ.quadrilaterũ in uno ẽ
plano: eſt aũt triãgulũ.yrx.in uno plano. Si uero itelligamus ab ipſis.oſptry.
ſignis in.a.cõnexas rectas lineas: cõſtituetur quædã figura ſolida polyhedra
inter.bx.kx.circũferentias ex pyramidibus cõprehẽſa: quorũ baſes quidem
ſunt.kboſ.ptry.quadrilatera: &.yrx.triangulũ: uertex autem.a.ſignũ. Si aũt
& in unoquoq; ipſorũ.kl.lm.me.laterũ: ſicut in.bk.eadem cõſtruamus: & in
ſup i reliquis tribus quartis partibus: & in reliquo hemiſphærio cõſtituetur fi
gura ſolida polyhedra deſcripta in ſphæra cõtẽta ex pyramidibus. Q uarum
baſes ſunt ꝑ̃dicta q̃drilatera: & triangulũ.yxr.& quæ in eodẽ ordine eis: uer
tex autẽ.a.ſignũ. Dico q; ꝑ̃dicta polyhedra non tanget minorẽ ſphærã in ſup
ficie in qua eſt circulus.fgh. Excitetur p.xi.xi.ab ipſo.a.ſigno in ipſius.kboſ.
quadrilateri planũ ꝑpendicularis.au.& cõparetur ipſi plano p.u.ſignũ & con
nectant̃.bu.uk.& qm̃.au.recta eſt: ad ipſius.bkoſ.planũ & ad oẽs igitur ip
ſam tangẽtes rectas lineas & exiſtẽtes i ipſius quadrilateri plano recta ẽ.au.
per.ii.diffinitionẽ.xi. Igitur.au.recta eſt ad utranq; ipſarum.bu.uk.& quoniã
per.xy.diffinitionẽ primi ab.ipſi.ak.eſt æqualis.æquũ eſt & quod ex.ab.ei qd
ex.ak.& ipſi quidẽ qd' ex.ab.æqualia ſunt per.xlyii.primi ea q̃ ex.au.ub. Re
ctus eni qui ad.u. Ipſi autẽ quod ex.ak.æqualia ſunt q̃ ex.au.uk. Q uæ igitur
ex.au.ub.æqua ſunt eis q̃ ex.au.uk.commune auferatur qd ex.au.reliquũ igi
tur quod ex.bu.reliquo quod ex.uk.eſt æquale: æqualis igitur eſt.bu.ipſi.uk.
Similiter iam demonſtrabimus q; & quæ ab.u.ad.oſ.cõnexæ rectæ lineæ æq
les ſunt utriq; ipſarũ.bu.uk.centro igitur.u.& ſpacio altero ipſorum.bu.uk.
circulus deſcriptus ibit etiã per.oſ.& quadrilaterũ.kboſ.erit in circulo.& qm̃
kb.maior eſt ipſa.qz.æq̃lis aũt eſt.qz.ipſi.ſo.maior igitur eſt.bk.ipſo.ſo.æq
lis aũt eſt.kb.utriq; ipſarũ.kſ.bo.& utraq; igitur ipſarũ.kſ.bo.ipſo.ſo.maior
eſt & qm̃ in circulo quadrilaterum eſt.kboſ.&.bo.kſ.æquales & minor.oſ.
& ex cẽtro circuli eſt.bu. Igitur quod ex.kb.eo quod ex.bu.maius eſt q̃ dimi
dium.excitetur per.xii.primi ab ipſo.k.in.bz.ꝑpẽdicularis.kz.& qm̃.bd.ipſa
dz.minor eſt q̃ dupla eſtq; ſicut.bd.ad.dz.ſic quod ex.db.bz.ad id quod ſub
dz.zb. Deſcripto aũt ab ipſa.bz.quadrato.cõpletoq; in altero parallelogram
mo & qd' ſub.db.bz.igitur eo quod ſub.dz.zb.minus eſt q̃ duplũ & conne
xa.kb.quod ſub.db.bz.æquũ eſt ei quod ex.kz. Igitur quod ex.kb.eo quod ex
kz.minus eſt q̃ duplũ. Sed quod ex.kb.eo quod ex.bu.maius eſt q̃ duplũ ma
ius igitur eſt quod ex.kz.eo quod ex.bu.& quoniã per.xy.diffinitionẽ primi.
ba.ipſi.ka.eſt æqualis: æquũ eſt & quod ex.ba.ei quod ex.ka.ei autẽ quod ex
ab.per.xlyii.primi æq̃lia ſunt q̃ ex.bu.ua. Ei.aũt qd ex.ka.per.xlyii.i.æqua ſũt
q̃ ex.kz.za. Q uæ igitur ex.bu.ua.æqualia ſunt eis q̃ ex.kz.za.quorũ qd' ex.
bz.maius eſt eo quod ex.bu. Reliquum igitur quod ex.za.maius eſt eo quod





ex.ua.maior igitur est.au.ipsa.az.multo igitur maior est.au.ipsa.ag.Estq; ipsa au.in una ipsius polyhedri basi: & .ag.in minoris.sphæræ superficie. Quare & polyhedrũ non tangit sphærã in superficie: quod facere oportebat.

¶ Ostendendũ iam & aliter ac expeditius q; maior est.au.ipsa.ag. Excitetur per.xi.primi ab ipso.g.ipsi.ag.ad angulos rectos.gl. & cõnectatur.al. secantes iam p.xxx.iii.ipsam.eb.circũferentiã di uiduc & dimidiũ ipsius diuidue: & hoc semp faci entes: relinquemus.q̃dam circunferẽtiã quæ est minor circũferentia cõtẽta sub.bede.circulo: sub æquali ipsi.gl.relinquatur & esto.kb.circũferentia minor igitur est & .kb.recta linea ipsa.gl. & quo niã in circulo est.bk so.quadrilaterũ: & æquales sunt.ob.bk.kf. & minor est.os. Angulus igitur qui sub.buk.obtusus est: maior igitur ẽ.bk.ipsa.bu. sed ipsa.kb.maior est ipsa.gl.multo maior igitur ẽ. gl.ipsa.bu.maius igitur est & quod ex.gl.eo qd' ex.bu. & qm̃ per.xy.diffinitionẽ primi.al.ipsi.ab. est æqualis: & quod ex.al.igitur ei est æquum qd' ex ab: sed ei quod ex.al.æqua sunt quæ ex.bu.ua. Quæ igitur ex.ag.gl.æqualia sũt eis q̃ ex.bu.ua. Quorũ quod ex.bu.minus est eo qd' ex.gl. & re liquum igitur quod ex.ua.maius est eo quod ex.ag.maior igitur est.au: ipsa ag.binis igitur sphæris circũ idem cẽtrum existentibus: in maiori sphæra soli dũ polyhedrũ descriptũ ẽ nõ tãgẽs minorẽ sphærã i superficie qd facere optuit.





¶ Correlarium.

¶ Si uero & i altera sphæra q̃ sit in.bede.sphæra solido polyhedro: simile so lidum polyhedrũ inscribatur: in ipsa.bede.sphæra solidũ polyhedrum ad id quod in altera sphæra solidũ polyhedrum triplã habet rationẽ: q̃ ipius.bede. sphæræ dimetiens ad ipsius alterius sphæræ dimetiẽtẽ. Distributis nãq; soli dis in numero æquales & æqualis ordinis pyramidas: pyramides similes erũt. Similes uero pyramides per.viii.xii.adinuicẽ in tripla sunt rõne eiusdẽ ratio nis laterũ. Pyramis igitur cuius basis quidẽ est.kbos.quadrilaterũ: uertex aũt a.signũ: ad eam q̃ in altera sphæra similis ordinis pyramida triplã habet ratio nem q̃ similis rõnis latus ad similis rõnis latus hoc est q̃.ab.ex centro sphæræ q̃ circũ.a.cẽtrum ad eam q̃ ex centro alterius sphæræ. Similiter & unaquæq; pyramis q̃ in sphæra q̃ circũ cẽtrum.a.ad quamlibet pyramida eiusdem ordi nis in altera sphæra: triplam habebit rationem q̃.ab.ad eam q̃ ex centro alteri us sphæræ: & sicut unũ antecedentiũ: ad unũ sequentium sic oĩa anteceden tia ad oĩa sequentia. Quare totũ solidum polyhedrum quod in sphæra q̃ cir cum centrũ.a.ad totum solidum polyhedrum quod in altera sphæra triplam rationem habebit q̃.ab.ad eam q̃ ex cẽtro alterius sphæræ hoc est q̃.bd.dia-

meter ad alterius sphæræ diametrum: quod ostendere oportuit.

¶ Interpres.

¶ Precedens problema Campanus oēm prorsus ordinē subuertens in q̄rtadecima posuit propositione: & tñ apud græcos in decimaseptima reperit.

¶ Theorema.xvi.propositio.xviii.

Sphaerae adinuicē in triplici sūt rōne ppriorū dimetiētiū.

¶ Intelligant sphæræ.abc.def.diametri uero ipsaꝝ sint.bc.ef.dico q̄ sphæra.abc.ad sphærā.def.triplā habet rationē.q̄.bc.ad.ef. Si aūt non habebit igitur.abc.sphæra ad minorē aliquā ipsa.def. sphæra triplā rationē: q̄ ad maiorē: q̄.bc.ad.ef.habeat plus ad minorem.ghk: & intelligatur.def.sphæra ipsi.ghk.circū idem centrū: describaturq̄ per p̄cedentem in sphæra maiori.def.solidū polyhedrū: non tangens minorē sphærā.ghk.in supficie. Describatur aūt per eandem & in.abc.sphæra ei quod in.def. solido polyhedro simile solidū polyhedrum. Igitur per correlarium eiusdem solidū polyhedrū quod in sphæra.abc.ad id solidū polyhedrū quod in.def. triplam habet rōnem: q̄.bc.ad.ef.habet autē &.abc.sphæra ad.ghk.sphærā triplam rōnem q̄.bc.ad.ef.ē igitur sicut sphæra.abc.ad sphæram.ghk.sic solidum polyhedrum quod in.abc.sphæra: ad solidū polyhedrum quod in.def. sphæra. Vicissim igitur per.xvi.v.sicut.abc.sphæra ad id quod in ipsa polyhedrum: sic.ghk.sphæra ad id quod in.def.sphæra solidum polyhedrum. Maior autē est.abc.sphæra ei quod in se polyhedro: maior igitur &.ghk.sphæra eo quod in.def.sphæra polyhedro: sed & minor: ab ipso nāq̄ cōprehenditur Quod est īpossibile: sphæra igitur.abc.ad minorem ipsa.def.sphæra: triplā rationē non habet q̄.bc.diameter ad.ef.diametrū. Similiter iam demonstrabimusq̄ neq̄.def.sphæra ad minorem ipsa.abc.sphæra triplam habet rōnem q̄.ef.ad.bc. Dico iam q̄ neq̄ sphæra.abc.ad maiorem aliquā ipsa.def.sphæra triplā habet rōnem q̄.bc.ad.ef. Si enim possibile habeat ad maiorem.lmn. rursus igitur sphæra.lmn.ad sphæram.abc.triplā habet rationem: q̄ diameter.ef.ad diametrū.bc. Sicut autem.lmn.sphæra ad.abc.sphærā: sic.def.sphæra ad minorem aliquā ipsa.abc.sphæra sicut antea patuit. Q̄m maior ē.lmn. ipsa.def.& sphæra.def.ad minorē ipsa.abc.sphæra triplā habet rationē: q̄.ef. ad.bc.quod est impossibile. Igitur sphæra.abc.ad maiorē ipsa.def.sphæra triplam rationē non habet: q̄.bc.ad.ef.patuit autem q̄ neq̄ ad minorem. Ipsa igitur.abc.sphæra ad.def.sphæram: triplam habet ratiōem: q̄.bc.ad.ef.quod ostendendum fuerat.

¶ Euclidis prestantissimi mathematici: elementorū Libri duodecimi & solidorum secundi ex traditione Theonis. Bartholamæo Zamberto Veneto interprete. FINIS


¶ Euclidis præstantissimi mathematici elemētorum liber tertiusdecimus: & solidorum tertius ex traditione Theonis Bartholomæo Zamberto Vene. Interprete.

¶ Theorema primum propositio prima.



Si recta linea extrema & media ratione secetur: maius segmentum admittens totius dimidiam: quintuplum potest eo quod ex totus dimidia.

¶ Recta in q̄ linea.ab.extrema & media ratione secetur in.c.signo: & sit maius segmētum.ac.& extendatur in rectam lineam.ca.ad.& ponatur ipsius ab.dimidia.ad. Dico q̄ quod ex.cd.eius quod ex.da. quincuplum potest. Describatur inquam per.xlvi. primi.ab.ipsis.ab.dc.quadrata.ae.df.& in.df.describat̄ figura extendaturq̄ fe.in.g.& quoniam.ab.extrema & media ratione diuiditur in.c.igitur quod sub.abc.æquum est ei quod ex.ac. Est autem id quod sub.abc.ipsum.ce.quod autem.ex.ac.ipsum.fh. Igit̄.ce.ipsi.fh.est æq̄le: Et quoniam.ba.ipsius.ad.dupla est.æqualis autem est.ba.ipsi.ka.&.ad.ipsi ah.igitur & ka.ipsius.ah.dupla est. Sicut autem.ka.ad.ad.ah.sic.ck.ad.ch. Duplum igitur est.ck.ipsius.ch.sunt autem & ipsa.lh.hc.dupla ipsius.ch.igitur ck.ipsis.lh.hc.est æquale. Demonstratum autem est: q̄ &.ce.ipsi.fh.est æquale.totum igitur.ae.quadratum: æquum est ipsi.mnx.gnomoni. Et quoniam.ba.ipsius.ad.dupla est: quadruplum est quod ex.ba.eius quod ex.ad.hoc est.ae.ipsius.dh. Est autem.ae.ipsi.mnx.gnomoni æquale.&.mnx.igitur gnomon quadruplus est ipsius.dh. Totum igitur.df.quincuplum est ipsius.dh. estq̄.df. quod ex.cd. &.dh. quod ex.da.quod.ex.cd.igitur quincuplum est eius quod ex.da. si recta igitur linea extrema & media ratione secetur: maius segmentum totius admittens dimidiā: quincuplū ē siue potest eo q̄d ex dimidia q̄drato: quod erat ostēdēdum



Supplementa nāq̄ adinuicē sunt æqualia p.xliii.primi.

¶ Interpres.


¶ Humanissime lector si hic lectionem græcam te legere non pœnituerit: inuenies. Campanum præcedens theorema non recte fuisse interpretatum: id nāq̄ adiungit quod in codicibus græcis nusq̄ inuenitur.

¶ Theorema.ii.propositio.ii.



Si recta linea suiipsius segmento quincuplū potuerit: dupla p̄dicti segmēti extrema & media rōne diuisecta: mai⁹ segmētum: reliqua est ps eius q̄ in principio rectae lineae.

Recta.n.linea.ab.suiipsius segmento ac.quincuplum possit: ipsius autem.ac.dupla sit.cd. Dico q̄ ipsa.cd.extrema: & media ratione diuisa: maius segmentum est.cb. Describatur inquam ex utraq̄ ipsarum.ab.cd. figura.af.& extendatur.be.& quoniam.af.per primam xiii.ipsius.ah. quincuplum est: quadruplus igitur est.mnx.gnomon ipsius.ah.& quoniam.dc.ipsius.ca.dupla est: quadruplum igitur est quod ex.dc.eius quod ex.ca.hoc est



cf.ipsius.ah.patuit autem q̃ &.mnx.gnomon ipsius.ah.quadruplus est.Aequus igitur est.mnx.gnomon.ipsi.cg.Et quoniam.dc.ipsius.ca.dupla est: aequalis autem est.dc.ipsi.ck.&.ac.ipsi.ch.Dupla igitur est &.ck.ipsius.ch. Duplum igitur est & kb.ipsius.bh.Sunt autem &.lh.hb.dupla ipsius .bh. Igitur.kb.ipsis.lh.hb.est aequale Oñsum aũt est q̃ & totus.mnx.gnomõ toti.cg.est aequalis:& reliquum igitur.hf.ipsi.bg.est aequale estq̃ ipsum.bg.id quod sub:cdb.Aequalis enim ẽ.cd.ipsi.dg.&.hf.ipsi quod ex.cb.Igit̃.quod sub.cdb.aequũ ẽ ei qd ex.cb,Est igit̃ sicut.dc.ad.cb.Sic.cb.ad.bd.maior aũt est.dc.ipsa.cb maior igitur est &.cb.ipsa.bd.Igitur.cd.recta linea extrema & media rõne d iuisa:maius segmentũ est.cb.Si re ta igitur linea sui ipsius segmento quincuplũ potuerit:dupla dicti segmenti extrema & media rõne disecta:maius segmentũ reliqua pars est eius q̃ in principio rectae lineae Q d aũt dupla ipsius.ac.maior sit ipsa.bc.sic.ostendendũ est si aũt non.esto si possibile est.bc.dupla ipsius ca.quadruplũ igitur est quod ex.bc.eius quod ex.ca.q̃ igitur ex.bc.ca.eius quod ex.ca.quincupla sunt:supponitur autẽ & quod ex. ba.qncuplũ eius quod ex.ca.Q uod ex.ba.igitur aequũ est eis q̃ ex.bc.ca.qd' est impossibile.Igitur.cb.ipsius.ac.dupla non est:similiter iam oñdemus q̃ ne q̃ minor:ipsa.bc.Dupla igitur est ipius:ca.multo igitur absurdius.Ipius igit̃ ac.dupla :maior est ipsa.bc.quod demonstrasse oportuit.


Interpres.

Campanus precedens theorema ut solitus est pplexe admodum est interpretatus:uideant lectores obsecro lectionem graecam priusquam interpretationem nostram accusent.

Theorema.iii.propositio.iii.

Si recta linea media & extrema ratione secetur:minus segmentum admittens dimidiam maioris segmenti:quincuplum põt eo quod a media maioris segmenti:fit q̃drato.

Recta enim q̃dã linea.ab.media & extrema rõne secet̃ in.c.signo:sitq̃ maius segmẽtum ac.seceturq̃ per.x.primi.ac.bifariam in.d. Dico q̃ quod ex.bd.quincuplum potest eius quod ex.dc.Describatur per.xlvi.primi ex.ab.quadratum.ae.& describat̃ figura:& quoniam.ac.dupla est ipsius. dc.quadruplum igitur est quod ex.ac.eius quod ex.dc.hoc est.af.ipius.fg.& quoniam quod sub.abc.aequum est ei quod ex.ac.estq; qd' sub.abc.ipsum.ne. & quod ex.ac.id quod.rf.Igitur.ce.ipsi.rf.est aequale.Q uadruplũ aũt est.rf. ipsius.fg.quadruplum igitur est &.ce.ipsius.fg.Rursus qm̃ aeq̃lis est.ad.ipsi dc.aequalis est &.hk.ipsi.kf.Q uare &.gf.quadratum aequum est ipsi.hl.quadrato.Aequalis igitur est.gk.ipsi.kl.hoc est.mn.ipsi.ne.Q uare &.mf.ipi.fe. est aeq̃le:sed.mf.ipsi.cg.est aequale:&.cg.igit̃ ipsi.fe.est aequale.cõe apponatur.cn.igitur.xop.gnomon aequus ẽ ipsi.ce.sed.ce.q̃dratum ostẽsum est esse ipsius.gf.&.xop.igitur gnomon ipsius.gf.q̃druplus est.Igitur q̃dratum.dn. quincuplũ est ipsius.fg.quadrati.estq̃.dn.id quod ex.db.&.gf.quod ex.dc. qd' ex.db.igitur.quincuplum potest eo quod ex.dc.quod ostendere oportuit.




¶ Interpres.

¶ Et precedens quoque theorema Campanus satis inuolute est interpretatus id enim adiungit quod in codicibus græcis prorsus non inuenitur:

¶ Theorema.iiii.propositio.iiii.

Si recta linea extrema:mediaque ratione secetur:quod ex tota & minori segmento:vtraque quadrata tripla.sunt eius quod a maiori segmento fit quadrato.

¶ Sit recta linea.ab.seceturque extrema & media rõne in.c.sitque maius segmẽtum.ac.Dico quod q̃ ex.ab.bc.tripla sunt eius quod ab ipsa.ca.Describatur per.xlvi.primi ab ipsa.ab.quadratum.adeb.& describatur figura. Quoniam igitur .ab.extrema & media ratione secatur in.c.& maius segmentum est.ac.Quod igitur sub.abc.æquũ est ei quod ex.ac.estque id quod sub.abc.id quod.ak.apponatur cõe.ck.totum igitur.ak. toti.ce.est æquale. Igitur.ak.ce.ipsius.ak.dupla sunt.Sed.ak.ce.sunt id quod.lmn.gnomon:&.ck.quadratum.Igitur.lmn.gnomon &.ck.quadratũ dupla sunt ipsius.ak.Sed quia ak.ipsi.hg.sit æquale ostensum est.Igitur.lmn.gnomon &.ck.quadratũ:dupla sunt ipsius.hg.quare.lmn.gnomon:&.ck.hg.quadrata dupla sunt ipsius hg.quadrati &.lmn.gnomon:&.ck.hg.quadrata sunt totum.ae.&.ck.q̃ sunt ex.ab.bc.quadrata:&.gh.ipsum.ac.quadratum: quæ igitur ex.ba.bc.quadrata tripla sunt eius quod ex.ac.quadrati:quod ostendere oportuit.




¶ Interpres.

¶ Precedens theorema cum apud græcos in quarta repperiatur: Cõpanus tamen illud in quinta posuit propositione: subsequens uero quod in quinta apud græcos bonus uir in quarta posuit:& sic omnem penitus ordinem pturbauit:qui apud mathematicos precipuus est.

¶ Theorema.v.propositio.v.

Si recta linea extrema & media rõne secet̃ apponaturque eidem aequalis maiori segmento:tota recta linea extrema & media ratione secatur:& maius segmẽtum est ea que in principio recta linea.

¶ Recta enim q̃dam linea.ab.extrema & media ratione secetur in.c.signo: & sit maius segmẽtum.ac.& ipsi.ac.æqualis ponatur.ad. Dico quod.bd.recta linea extrema & media ratione secatur in.a.& maius segmentum est ipsa q̃ in principio recta linea.ab.Describatur enim p.xlvi.i.ex.ab.□.ae.& describat̃ figura.Quoniam enim.ab.extrema & media rõne secatur in.c.quod ex.abc.æquũ ẽ ei qđ ex.ac.estque qđ sub.abc.id quod.ce.& id qđ ex.ac.ipsum.ch. æquũ igitur est.ce.ipi.hc.sed ipsi quidem.ce.æquũ est.he.ipsi aũt.hc.æquũ est.dh.& dh.igit̃ ipsi.he.ẽ æquale.cõe adiiciatur.hb.totũ igit̃.dk.toti.ae.est æquale:& dk.id quod sub.bd.da.æqualis enim est.ad.ipsi.dl.&.ac.ei qđ ex.ab.qđ igit̃ sub.bda.æquum est ei quod ex.ab.Est igit̃ sicut.db.ad.ba.sic.ba.ad.ad.maior autem est.db.ipsa.ba. maior igit̃ &.db.ipsa. ad. ipsa .igitur .bd.extrema & media rõne secat̃ in.a.& maius segmentũ est.ab,quod erat ostendendum.



¶ Theorema.vi.propositio.vi.



Si recta linea rationalis extrema & media rōne secta fuerit:utrūq; segmētorū irrōnale est:appellaturq; apotome.

¶ Sit recta linea rationalis.ab.feceturq; extrema & media ratione in.c.sitq; maius segmētum.ac.Dico q; utraq; ipsarum.ac.cb. ab.bc.irrationalis est:a ppelaturq; apotome:extendatur enim.ab.& ponatur ipsius.ba.dimidia.ad.Q uoniam igitur recta linea.ab.extrema & media rōne secatur in.c.maiōriq; segmento.ac.apponitur.ad.dimidia existens ipsius.ab. Q uod igitur ex.cd.eius quod ex.da.quincuplum est per primā.xiii.Q uod ex.cd.igitur ad id quod ex.da.rationem habet quam numerus ad numerum. Q uod igitur ex.cd.ei quod ex.da.cōmēsurabile est.Q uod autem ex.da.rationale est.Igitur&.da.rationalis est:dimidium existens ipsius.ab.rōnalis existentis.Rōnale igitur est & quod ex.cd.rōnalis igitur &.cd.& quoniam quod ex.cd.ad id quod ex.da.rationem non habet quam □ numerus ad □ numerum.Incōmensurabilis igitur est.cd.ipsi.da.longitudine.Ipsæ igitur.cd.da.rationales sunt potentia tantum cōmensurabiles.Igitur.ac.apotome ē.Rursus quoniā.ab.extrema:& media ratione secatur:& maius segmentum est.ac.Igitur quod sub.ab.bc.ei quod ex.ac.æquū est.Igitur ex.ac.apotome ad.ab.rationalem cōparata latitudo efficit.bc.Ab apotome uero ad rationalem cōparata latitudo primā efficit apotomen.Igitur.cb.prima est apotome per.xcvii. x.Ostensum autem est q; &.ac.apotome est.Si recta igitur linea:& quæ sequuntur reliqua:quod oportuit ostendere.



¶ Interpres.

¶ In pcedenti theoremate in Campani interpretatione deest irrationale.

¶ Quid sit resolutio.

¶ Resolutio est assumptio quæsiti tanquam concessi per ea quæ sequūtur in uerum aliquod concessum.

¶ Quid sit compositio.

¶ Compositio uero est assumptio concessi per ea quæ sequuntur in quæsiti terminationem siue occupationem.

¶ Primi theorematis resolutio.



¶ Recta enim quædam linea.ab.extrema & media ratione secetur in.c.sitq; maius segmentū.ac.& dimidio ipsius.ab.æqualis apponatur.ad.Dico q; qd' ex.cd.eius.quod ex.ad.quīcuplum est.Q uoniā enim quod ex.cd.eius quod ex.da.quincuplū est.At qd' ex.cd.idest qd' ea q̄ ex.ca.ad.una cum eo qd' bis fit sub.ca.ad.Q uæ igitur ex.ca.ad.una cū eo quod bis sub.ca.ad.quincuplū est eius qd' ex.ad.patet igitur q; quod ex.ca.una cū eo qd' bis sub.ca.ad.q̄druplum est eius quod ex.ad.Sed ei quod bis fit sub.ca.ad.æquum est id quod sub.ba.ad.dupla enim est.ba.ipsius.ad.Ei autem quod ex.ac.æquū est quod sub.ab.bc.Ipsa igitur.ab.extrema & media ratione secatur;quod igitur sub. ba.ac.una cum eo quod sub.ab.bc.quadruplum est eius quod fit ex.ad. sed quod sub.ab.bc.quadruplum est eius quod fit ex.ad.sed quod sub ba.

ac.una cum eo quod sub.ab.bc.est id quod ex.ab.Quod igitur ex.ab.eius qđ ex.ad.quadruplum est dupla enim est.ab.ipsius.ad.

¶ Primi theorematis compositio.

¶ Quoniam igitur quod ex.ba.eius quod ex.ad.quadraplum est:sed quod ex.ba.est id quod sub.ba.ac.una cũ eo quod sub.ab.ac.Quod igitur sub.ba.ac.una cũ eo quod sub.ab.bc.quadraplũ est eius quod ex.ad.Sed quod sub.ba.ac.æquũ est ei quod bis sub.da.ac.quod aũt sub.ab.bc.ei est æquum quod ex.ac.Quod igitur ex.ac.una cũ eo quod bis sub.da.ac.Quadruplũ est eius quod ex.da.Quare qđ ex.da.ac.una cum eo quod bis sub.da.ac.quintuplum est eius quod ex.da.Quæ autem ex.da.ac.una cum eo quod bis sub.da.ac.est.id quod ex.cd.quod igitur ex.cd.quintuplum est eius quod ex.da.quod ostendere oportuit:

¶ Secundi theorematis resolutio.

¶ Recta enim q̃dam linea.cd.sui ipius segmento.da.quincuplũ possit:ipsius autem.da.dupla sit.ab.Dico q̃.ab.extrema & media rõne secatur in.c.signo: & maius segmentum est.ac.quæ ẽ reliqua pars eius q̃ in principio rectæ lineæ Quoniam enim.ab.extrema & media ratione secatur in.c.& maius segmentum est.ac.quod igitur sub.abc.æquum est ei quod ex.ac.est.autem & quod sub.bac.æquum ei quod bis sub.da.ac.Dupla enim est.ba.ipsius ad.Quod igitur sub.ab.bc.una cum eo quod sub.ba.ac.quod est id quod ex.ab.æquum est ei quod bis sub.da.ac.una cum eo quod ex.ac.quod autem ex.ab.eius quod ex.da.quadruplum est.quadruplũ igitur est & quod bis sub.da.ac.una cum eo quod ex.ac.eius quod ex.ad.quare q̃ ex.da.ac.una cum eo qđ bis sub.da.ac.qđ est id qđ ex.cd.æqua sunt ei quod ex.da.est aũt per hypothesim.

¶ Secundi theorematis composito.

¶ Quoniam quod ex.cd.quincuplum est eius quod ex.da.quod autem ex.cd.est id quod ex.da.ac.una cum eo quod bis sub.da.ac.una cum eo quod sub da.ac.quincupla sunt eius quod ex.da.Manifestũ q̃ quod bis sub.da.ac.una cum eo quod ex.ca.quadruplum est eius quod ex.ad.quod igitur bis sub.da.ac.quod est totum quod sub.ba.ac.una cum eo quod ex.ac.æquum ẽ ei quod ex.ab.Sed quod ex.ab.est id quod sub.ab.bc.una cũ eo quod sub.ba.ac.quod igitur sub.ba.ac.una cum eo quod sub.ab.bc.æquum est ei quod sub.ba.ac.una cum eo quod sub.ac.& sublato eo quod sub.ba.ac.reliquum igitur quod sub.abc.æquum est ei quod ex.ac.Est igitur sicut.ba.ad.ac.sic.ac.ad.cb.maior autem est.ba.ipsa.ac.maior igitur est &.ac.ipsa.cb.igitur.ab.extrema & media rõne secatur in.c.& maius segmentũ est.ac.quod erat ostendendum

¶ Theorematis tertii resolutio.

¶ Recta enim q̃dam linea.ab.extrema & media ratione secetur in.c.signo: sitq; maius segmentum.ac.& ipsius.ac.dimidia esto.cd.Dico q̃ quod ex.bd.ipsius.cd.quincuplum est:quoniam quod ex.bd.eius quod ex.cd.qncuplum est:quod autem ex.db.est id quod sub.ab.bc.una cum eo quod ex.dc.quod igitur sub.ab.bc.una cum eo quod ex.dc.quincuplum est eius quod ex.dc mani-

festum igitur quod sub.ab.bc.quadruplũ est eius qđ ex.dc. Ei aũt qđ ex.ab.bc.æquũ est id qđ ex.ac.ipsa igitur.ab.extrema & media rõne secať in.c.qđ igitur ex.ac.quadruplũ est eius quod ex.dc.est autem.ac.dupla ipsius.dc.

¶ Tertii theorematis compositio.

¶ Quoniã.ac.ipsius.dc.dupla est:quadruplum est quod ex.ac.eius qđ ex.dc.sed ei quod ex.ac.æquum est quod sub.ab.bc.quod igitur sub.ab.bc.eius qđ ex.dc.quadruplum est.Componendo per.xviii.v.quod igitur sub.ab.bc.una cum eo quod ex.dc.quod est id quod ex.db.quincuplum est eius quod ex.dc.quod ostendere oportuit.

¶ Quarti theorematis resolutio.

¶ Recta inq̃ linea.ab.extrẽa ac media rõne secet in.c.& sit maius segmẽtũ.ac.Dico q̃ q̃ ex.ab.bc.tripla sunt eius quod ex.ac.quoniam enim q̃ ex.ab.bc.tripla sunt eius quod ex.ac.sed q̃ ex.ab.bc.sunt id quod sub.ab.bc.una cũ eo quod ex.ac.quod igitur bis sub.ab.bc.una cum eo quod ex.ac.triplum ẽ eius quod ex.ac.manifestum est quod bis igitur sub.ab.bc.eius quod ex.ac.duplum est.Quare totum quod sub.ab.bc.æquum est ei quod ex.ac.Ipsa nãq; ab.extrema & media ratione secatur in.c.

¶ Compositio.

¶ Quoniam.ab.extrema & media ratione in.c.secatur:maiusq; segmentum est.ac.quod igitur sub.ab.bc.ei est æquum quod ex.ac.quod.bis igitur sub.ab.bc.duplum est eius quod ex.ac.componendo per.xviii.v.quod igitur bis sub.ab.bc.una cum eo qđ ex.ac.triplum est eius qđ ex.ac.sed quod bis sub.ab.bc.una cum eo quod ex.ac.id est q̃ & ea q̃ ex.ab.bc.sunt quadrata.Quæ igitur ex.ab.bc.quadrata tripla sunt eius quod ex.ac.qđ ostendere oportuit.

¶ Quinti theorematis resolutio.

¶ Recta inq̃ q̃dam linea.ab.extrema & media ratione secetur in.c.sitq; maius segmentum.ac.& ipsi.ac.æqualis ponatur.ad.Dico q̃.db.extrema & media ratione secatur in.a.& maius segmentum est.ab.Quoniã enim.db.extrema & media ratione secatur in.a.& maius segmentum est.ab.est igitur sicut.db.ad.ba.sic.ba.ad.ad.Aequalis autem est.ad.ipsi.ac.est igiť sicut.db.ad.ba.sic est.ba.ad.ac.Conuertendo igitur sicut.bd.ad.da.sic.ab.ad.bc.manifestum igitur & sicut.ba.ad.ad.sic.ac.ad.cb.æqualis autem est.ad.ipsi.ac.Est igitur sicut.ba.ad.ac.sic.ac.ad.cb.ipsa nãq;.ab.extrema & media rõne secatur in.c.

¶ Compositio.

¶ Quoniam.ab.extrema & media ratine in.c.secať est igitur sicut.ba.ad.ac.sic.ac.ad.cb.æqualis autem est.ac.ipsi.ad.est igiť sicut.ba.ad.ad.sic.ac.ad.cb.cõponendo per.xviii.v.sicut.bd.ad.da.sic.ab.ad.bc.Conuertendo sicut db.ad.ba.sic.ba.ad.ac.Aequalis autem est.ac.ipsi.ad.Est igitur sicut.db.ad.ba.sic.ba.ad.ad.ipsa igitur.db.Extrema & media ratione secatur in.a.& maius segmentũ est.ab.quod ostendere oportuit.



¶ Theorema.vii. propositio.vii.

I quinquanguli aequilateri tres anguli ordinatim aut non

ordinatim aequales fuerit: aequiangulum erit ipsum quinquangulum.




¶ Quinquanguli aequilateri.abcde.tres anguli prius ordinatim q.ad.abc.signa inuicem sint aequales. Dico q quinquangulū.abcde.aequiāgulū est.connectantur eni.ac.be.&.fd.& qm̄ binae.cb.ba.duabus.ba.ae.sunt aequales altera alteri:& angulus qui sub.cba.ei.qui sub.bac.est aequalis. Basis igitur.ac. per quartā primi basi.be.est.aequalis:& triangulū.abc.per.viii.primi triangulo.abe.est aequale:& reliqui āguli reliquis āgulis aequales erunt sub qbus aeq̄lia latera subtēdunt:qui sub.bac.ei qui sub.bea.q aūt sub.abe.ei q sub.cab. Quare & latus.af.ipi.bf.lateri est aequale:patuit autē q & tota.ac.toti.be. est aequalis.& reliqua igitur.fc.reliquae.fe.est aequalis. Est aūt &.cd.ipsi.de.aequalis. Binae iam.fc.cd.duabus.fe.ed.sunt aequales.& cōis ipsoꝝ basis est.fd. Angulus igitur qui sub.fcd.angulo qui sub.fed.est.aequalis:patuit aūt q & q sub.bca.ei qui sub.aeb.est aequalis totus igit qui sub.bcd.toti qui sub.aed.est aeq̄lis. Sed qui sub.bcd.aequalis supponit eis qui ad.ab.& qui sub.aed.igitur eis qui ad.ab.angulis est aeq̄lis similiter iam ostendemus q & qui sub.cde.angulus eis est aequus qui ad.ab.angulis. Aequiangulū igitur est.abcde.qnquāgulum. Sed iam nō sint aeq̄les ordinatim ipsi anguli:sed sint aequales qui ad.acd.signa. Dico q & sic quinquāgulū.abcde.aequiangulū est. Cōnectat eni.bd.& qm̄ binae.ba.ae.duabus.bc.cd.sunt aeq̄les:& aequos cōprehēdunt angulos. Basis igitur.be.per.iiii.primi basi.bd.est aequalis:& triangulū.abe.triāgulo.bdc.est aequale:& reliqui anguli reliquis angulis erūt aequales:sub quibus aequalia latera subtenduntur. Aequalis igitur est angulus qui sub.aeb.ei qui sub.cdb.est aūt & qui sub.bed.angulus ei qui sub.bde aequalis. Quoniam & latus.be.lateri.bd.est aequale. Totus igitur qui sub.aed.angulus toti qui sub.cde.est aequalis:sed qui sub.cde.eis qui ad.ac.angulis supponitur equus.& angulus igitur qui sub.aed.eis est aequus qui ad.ac. Iam id propterea & qui sub abe.aequalis eis qui ad.acd.angulis: aequiangulum igitur est ipsum.abcde.quinquangulum:quod ostendere oportuit.


¶ Interpres.

¶ Si graecam hoc loco uolumus uidere lectionem cōperiemus Campanum precedens theorema non recte interpretatum fuisse.

¶ Theorema.viii.propositio.viii.



Si quinquanguli aequilateri:& aequianguli binos ordinatim angulos rectae lineae expliciūt:extrema & media ratione sese inuicem dispescent:& maiora earum segmēta ipsius quinquanguli lateri sunt aequalia.



¶ Quinquanguli enim aequilateri & aequianguli.abcde.binos ordinatim angolos qui ad.ab.rectae lineae.ac.be.explicent:sese inuicem in.h.signo despescentes. Dico q ipsarum utraq extrema & media ratione secatur in.h.signo & earum maiora segmenta sunt aequalia ipsius quinquāguli lateri. Circūscribatur p.xiiii.iiii.ipsi quinquāgulo.abcde.circulus.abcde.& qm̄ binae rectae lineae.ea.ab.duabus.ab.bc.sunt aeq̄les:& angulos aeq̄les cōprehēdūt. Basis igit

be.per.iiii.primi basi.ac.est æqualis:& triangulũ.abe ipsi triangulo.abc.est æquale:& reliqui anguli per.viii.primi reliquis angulis erunt æquales alter al teri sub q̃bus æqualia latera subtẽdunt. Angulus igit qui sub.bac.ei qui sub. abe.est æqualis. Duplus igitur est qui sub.ahe.eius qui sub.bah.anguli:extra enim est ipsum.abh.triãgulũ. Est aũt & qui sub.eac.eius qui sub.bac.duplus. Q m̃ & circũferentia.edc.ipsius.cb.circũferentiæ est dupla. Angulus igit qui sub.hac.ei qui sub.ahe.est æqualis. Q uare &.he.recta linea ipsi.ea.hoc ẽ ipi ab.est æqualis:& q̃m.ba.recta linea ipsi.ae.est æqualis:æqualis est & ãgulus qui sub.abc.ei,qui sub.aeb.sed qui sub.abc.ei qui sub.bah.patuit ꝙ æqualis: qui igitur sub.bea.ei qui sub.bah.est æqualis:& ipsoꝝ duoꝝ trianguloꝝ.abe. &.abh.cõis est qui sub.abe.reliquus igitur qui sub.bae.angulus reliquo qui sub.ahb.est æqualis. Triangulũ.abe.ipsi.ahb.triangulo æquiãgulũ est:proportionale igitur est sicut.eb.ad.ba.sic.ab.ad.bh.æqualis aũt est.ba.ipsi.ch. maior aũt est.be.ipsa.ch.maior igitur est.eb.ipsa.hb.ipsa igitur.be.extrema & media rõne in.h.secatur:& maius segmentũ.he.æquũ est ipsius quinquãguli lateri. Similiter iã ostẽdemus ꝙ.ac.extrama & media rõne in.h.secat & ipsius maius segmẽtũ.ch.ipius qnquãguli lateri est æq̃le:qd ostendere oportuit.


ℭ Interpres.

ℭ Precedens theorema quod apud græcos in octaua Campanus in undecima posuit propositione.

ℭ Theorema.ix.propositio.ix.



I sexanguli & decagoni latus in eodẽ circulo descriptorum cõponantur:tota recta linea extrema & media rõne secatur:& maius segmentũ est ipsius sexãguli latus.



ℭ Sit circulus.abc.& in ipso circulo.abc.descriptaꝝ figurarum decagoni quidẽ latus esto.bc.& sexanguli.cd.& sint in rectas lineas. Dico ꝙ tota.bd.extrema & media rõne secatur in.c.& maius ipsius segmentum ẽ.cd. assumatur enim per primã tertii centrũ circuli signũ.e.& cõnectantur.eb.ec. ed.& extendatur.be.in.a.& quoniã decagoni æquilateri latus est.bc. quincuplum igitur est.acb.circũferentia ipsius.cb.circũferentiæ. Q uadrupla igitur est.ac.circũferentia ipsius.bc. Sicut aũt.ac.circũferentia ad.cb.sic.ãgulus qui sub.aec.ad angulũ qui sub.ceb. Q uadruplus igit ẽ qui sub.aec.eius qui sub. ceb.& q̃m qui sub.cbe.angulus ei qui sub.ecb.angulo est æqualis: Q ui igit sub.abc.angulus duplus ẽ eius q sub.ecb. Et q̃m.ec.recta linea æq̃lis ẽ ipi.cd. utraq; enĩ ipaꝝ æq̃lis ẽ ipsius sexãguli lateri i.abc.circulo descripti & ãgulus q sub.ced.ei ãgulo q sub.cde.ẽ æq̃lis. Igit angulus q sub.ceb.duplus ẽ eius q sub.edc. Sed eius qui sub.edc.duplũ esse demonstratũ est cum qui sub.aec. Igitur qui sub.aec.quadruplus est eius qui sub.edc. Ostensum est autẽ ꝙ.& eius qui sub.bec.quadruplus est qui sub.aec.æqualis igitur est qui sub.edc.ei qui sub.bec. Cõis autem ipsoꝝ binoꝝ triangulorũ hoc est.bec.&.bed.est angulus qui sub.ebd.& reliquus igitur qui sub.bed.ei qui sub.ecb.est æqualis. Aequiangulũ igitur est triangulũ.ebd.ipsi.ebc.triangulo:ꝓportionale igit ẽ

ficut.bd.ad.bc.fic.cb.ad.bc. Aequalis autē eſt.cb.ipſi.cd.Eſt igitur ſicut.bd. ad.dc.ſic.dc.ad.cb.maior autē eſt.bd.ipſa.cd.maior igitur eſt &.dc.ipſa.cb. Igiur ipſa.bd.recta linea extrema & media rōne ſecatur in.c.ſigno: & maius ſegmentum eſt.dc.quod oſtendere oportuit.

Theorema.x.propoſitio.x.



Si in circuli quinquangulum aequilaterum deſcriptū fuerit ipſius quinquanguli latus poteſt & ſexanguli: & decagoni latus in eodem circulo deſcriptorum.

Sit circulus.abcde.& in ipſo.abcde.per.xi.iiii. q̄nquāgulum deſcribatur.abcde.Dico φ ipſius.abcde.qnquanguli latus:poteſt & ſexāguli:& decagoni latus in ipſo.abcde.circulo deſcriptorꝝ. Aſſumatur per primā tertii cētrum circuli & ſit.f.& cōnexa.af.extendatur in.g.ſignū & cōnectat̃. fb.& ab ipſo.f.in.ab.ppendicularis excitetur per.xii.primi.fh.& extendatur in.k.& cōnectantur.ak.kb.& rurſus ab ipſo.f.in.ak.excitet̃ per.xii.primi ppendicularis.fl.& extendat̃ in.m.& cōnectatur.kn.Et quoniā circūferentia: abcg.ipſi.aedg.circunferentiæ eſt æqualis:quarꝝ.abc.ipſi.aed.eſt æqualis.Reliqua igit̃.cg.circūferentia:reliquæ.gd.circūferētiæ eſt æqualis. Quinquanguli aūt.cd.& decagoni.cg.& quoniā.fa.ipſi.fb.per.xv.diffinitionē primi eſt æqualis:& ppendicularis eſt.fh.Igit̃ angulus qui ſub.afk.ei qui ſub.kfb.eſt æqualis.Quare & circūferentia.ak.ipſi.kb.eſt æqualis.Dupla igitur eſt.ab. circūferentia ipſius.bk.circūferentiæ. Decagoni latus igit̃ ē recta linea.ak. & id ppterea &.ak.ipſius.km.eſt dupla:& quoniā dupla eſt circūferētia.ab. ipſius circūferētiæ.kb.æqualis autē eſt.cd.circūferētia ipſi.ab.circūferentiæ. dupla igitur eſt.cd.circūferentia ipſius.bk.circūferentiæ:eſt aūt.cd.circunferentia ipſius.cg.dupla.Igitur circūferētia.cg.ipſi.bk.circūferentiæ eſt æqualis.Sed.bk.ipſius.km.dupla eſt.qm̄ &.ka.&.cg.igitur ipſius.km.eſt dupla. Sed &.cb.circūferentia ipſius.bk.circūferentiæ dupla eſt:æqualis enim eſt. cb.circūferentia ipſi.ba.& tota igitur.gb.circūferentia totius.bm.eſt dupla: quare & angulus qui ſub.gfb.anguli qui ſub.bfm.duplus eſt:eſt aūt qui ſub gfb.eius qui ſub.fab.duplus.Aequalis enim ē qui ſub.fab.ei q̄ ſub.abf. Qui ſub.bfn.igitur ei eſt æquus qui ſub.fab. Binorꝝ aūt triāgulorum.abf.&.bfn. cōis angulus eſt qui ſub.abf.Reliquus igit̃ qui ſub.afb.reliquo qui ſub.bfn. eſt æqualis. Triangulū igitur.abf.ipſi.bfg.triāgulo æquiangulū eſt. proportiōale igitur eſt ſicut.ab.recta linea ad.bf.ſic.fb.ad.bn. quod igitur ſub.abn. ei quod ex.bf.eſt æquale Rurſus qm̄ æqualis.ē.al.ipſi.lk.cōis aūt & ad angulos rectos.lm.Baſis igit̃.kn.per.iiii.primi baſi.an.ē æqualis: & angulus igit̃ qui ſub.lkn.ei qui ſub.lan.eſt æqualis.Sed qui ſub.lan.ei qui ſub.kbn.eſt eq̄lis:& qui ſub.lkn.igitur ei qui ſub.kbn.eſt æqualis.& ipſorꝝ triāgulorum binorum.akb.&.akn.cōe eſt quod.ſub.nak.Reliquū igitur quod ſub.akb.reliquo quod ſub.kna.eſt æquale.Aequiangulū igitur eſt triangulum.kba.ipſi. kna.triangulo:porportiōale igitur ē ſicut.ba.recta linea ad.ak.ſic.ka.ad.an. Quod igitur ſub.ban.æquum eſt ei quod ex.ak. Oſtenſum eſt autem φ qđ



ſub.abn.æquũ eſt ei quod ex.bf.Quod igiť ſub.abn.una cum eo quod ſub.ban.quod eſt id quod.ex.ba.ei eſt æquum quod ex.bf.una cũ eo qď ex.ak.& ba.quidem eſt latus ipſius qnq̃nguli:&.bf.ſex anguli:&.ak.decagoni.Quinquanguli ergo latus põt & ſexanguli:& decagoni latus in eodem circulo deſcriptorum:quod oſtendere oportuit.

Interpres.

Qui grecam lectionem legere uoluerint: comperient Campanum precedens theorema non recte fuiſſe interpretatum.

Theorema.xi.propoſitio.xi.



Si in circulo rõnalem habente diametrum quinquangulum aequilaterum iſcribatur:quinquãguli latus irrationale eſt:apellaturque minor.



Incirculo enim.abcde.rõnalem hñte diametrum qnquangulum inſcribatur.abcde.Dico q̧ ipſius.abcde.qnquãguli latus irrationale eſt appellaturq; minor.Aſſumatur inq̃ per primã.iii.circuli centrũ.f.ſignũ: & cõnectanť.af.fb.& extendanť in.gh.ſigna: & cõnectatur.ac. ponaturq; ipſius.af.quarta pars.fk.Rõnalis autẽ.af.rõnalis igitur &.fk.Eſt autẽ &.bf.rõnalis Tota igitur.bk.rõnalis eſt:& quoniã circunferentia.acg.ipſi.adg.circũferentiæ eſt æqualis.Quarum.abc.æqualis eſt ipſi.aed.Reliqua igitur.cg.reliquæ:gd.eſt æqualis:& ſi cõnectamus.ad.ducunť recti qui ad.l.anguli:& dupla ẽ.cd.ipſius.cl.& id propterea & qui ad.m.recti ſunt:& dupla eſt.ac.ipſius.cm.Quoniam igitur angulus qui ſub.alc.ei eſt æquus qui ſub.amf.cõis autẽ ipſorum triangulorum binorum.alc.amf.eſt qui ſub.alc.Reliquus igitur qui ſub.acl.ei ẽ æqualis qui ſub.mfa.æquiangulũ igitur eſt triangulũ.acl.ipſi.amf.triangulo proportionale igiť eſt ſicut.lc.ad.ca.ſic.mf.ad.fa.& antecedentiũ duplicia.Sicut igitur dupla ipſius.lc.ad.ca.ſic ipſius.mf.dupla ad.fa.ſed ſicut ipſius.mf.dupla ad.fa.ſic.mf.ad ipſius.fa.dimidiã;& ſequentiũ dimidia.Sicut igiť ipſius.lc.dupla ad ipſius.ca.dimidiã:ſic.mf.ad quartã partẽ ipſius.fa.& ipſius.lc.dupla eſt.dc.ipſius uero.ca.dimidia eſt.cm.ipſius autẽ.fa.quarta pars eſt.fk.Eſt igitur ſicut.dc.ad.cm.ſic.mf.ad.fk.cõponendo per.xviii.v.& ſicut utraq; dcm.ad.cm.ſic.mk.ad.fk.& ſicut igitur per.xi.v.quod.ex utraq; ipſarum.dcm.ad id quod ex.cm.ſic quod ex.mk.ad id quod ex.kf.Et qm̃ p.viii.xiii.ea quæ ſub duobus lateribus pentagoni ſubtenſa ut.ac.extrema & media rõne ſecta maius ſegmentũ eſt æquale ipſius pentagoni lateri hoc eſt ipſi.dc.Maior autem ſectio totius admittẽs dimidiũ quincuplum põt eo quod ex totius dimidia per primã.xiii.& totius.ac.dimidia eſt.cm.quod igiť ex.dcm.tanq̃ ex una quincuplum eſt eius quod ex.cm.ſicut aũt quod ex.dcm.ſicut una ad id qď ex.cm.ſic oſtenſum eſt eſſe id quod ex.mk.ad.id quod ex.kf.Quincuplum igitur eſt quod ex.mk.eius quod ex.kf.rõnale autẽ quod ex.kf.rõnalis enim eſt diameter.Rõnale igitur ẽ & quod ex.mk.Rõnalis igitur eſt.mk.rationẽ enim habet quam numerus ad numerum:quod ex.mk.ad id quod ex.kf.& qm̃ quadrupula eſt.bf.ipſius.fk.qnculpa igitur eſt.bk.ipſius.kf.uigintiquinqui-

cuplex igitur est quod ex.bk.eius quod ex.kf.quincuplũ aũt est id quod ex. mk.eius quod ex.kf.quincuplũ igitur est quod ex.bk.eius quod ex.km.quod igitur ex.bk.ad id quod ex.mk. rõnem non habet quam □ numerus ad □ numerũ.Incommensurabilis igitur est per.ix.x.bk.ipsi.km.lõgitudine.& ipsarum utraq; rõnalis est.ipsæ igitur.bk.km. rõnales sunt potentia tantũ cõmẽsurabiles Si aũt a rõnali rõnalis auferaſ potentia tantũ cõmensurabilis subsistens toti:reliqua irrationalis est:uocaſ aũt apotome per.lxxiii.x.igitur.mb: apotome est.Congruens autẽ ei est.mk.Dico q̧ & quarta.quo enim maius ẽ id quod ex.bk.eo quod ex.km.eo æquũ esto quod ex.n. Igitur ipsa.bk.ipsa. km.maius põt ipsa.n.& qm̃ per.xyi.x:cõmensurabilis est.kf.ipsi.fb.& cõponendo per.xyiii.y.cõmensurabilis est.kb.ipsi.bf.Sed.bf.ipsi.bh. longitudine est cõmẽsurabilis:&.bk.igiſ ipsi.bh.cõmẽsurabilis ẽ:& qm̃ qd ex.bk.eius qd km.quincuplũ est.Quod igitur ex.bk.ad id quod ex. km. rõnem hẽt quam quinq; ad unũ.Cõuertendo igitur per correlarium.xyiii.y. quod ex.bk.ad id quod ex.n.rõnem habet quam quinq; ad quattuor:nõ quam □ numerus ad □ numerũ.Incõmensurabilis igiſ est.bk.ipsi.n.Igiſ.bk.ipsa.km.maius potest eo qđ fit ex sibi cõmensurabili:& tota.bk.ipsi.bh.rõnali expositæ incommensurabilis est.Qđ aũt sub rationali & apotome quarta cõprehensum rectangulũ irrationale est & ipsum potens irrationalis est:minorq; appellatur per.xciiii.x.potest aũt quod sub.hbm.ipsa.ab.qm̃ pp connexionẽ ipsius .ah. triãgulũ.abh.æqangulũ fit ipsi.abm.& qm̃ ẽ sicut. bh.ad.ba.sic ẽ.ab.ad.bm. ipsa igiſ.ab.qnquãguli latus irrõnalis est minor appellata qđ erat oñdendũ.

¶ Interpres.


¶ Precedens theorema Campanus in.xii.posuit propositione: cũ apud græcos in.xi.reperiaſ.sic etiã subsequens quod in græcis codicibus.xii. obtinet locum:bonus uir in octaua posuit propositione.

¶ Theorema.xii.propositio.xii.

Si in circulo triãgulũ æq̃laterũ descriptũ fuerit:ipsius triãguli latus potẽtia triplũ ẽ eius q̃ ex cẽtro circuli.

¶ Sit circulus.abc.& in eo triãgulũ æquilaterũ describatur.abc. Dico q̧ ipsius.abc.trianguli latus potentia triplũ est eius quæ ex cẽtro ipsius circuli.abc.assumaſ inq̃ per primã tertii centrũ ipsius circuli.d. & connexa.ad.extendaſ in.e.& cõnectatur.be.& qm̃ triangulũ. abc. æquilaterũ est.Igitur.bec.circũferentia tertia pars est ipsius circuli.abc.circũferẽtiæ igiſ.be.circũferentia sexta pars est circũferentiæ ipsius circuli:hexagona igitur est ipsa.be.recta linea:æqualis igiſ est ei q̃ ex centro hoc ẽ ipsi.de.& quoniam.ae.ipsius.de.dupla est.quadruplũ est qđ ex.ae.eius quod ex.ed. hoc ẽ eius quod ex.be.æquũ aũt est id quod ex.ae.eis q̃ ex.ab.be.q̃ igitur ex.ab.be. quadrupla sunt eius q̃ ex.be.manifestum igitur quod ex.ab.triplum est eius quod ex.be.æqualis autem est.be.ipsi.de.quod ex.ab.igitur triplum est eius quod ex.de.trianguli ergo latus potentia triplum est eius quæ ex centro circuli:quod ostendere oportuit.







¶ Problema primum: propositio. xiii.

Pyramidem constituere: & data sphaera comprehendere: & demonstrare q̃ ipsius sphaerae dimetiēs potentia sesqualter est lateris ipsius pyramidis.

¶ Exponatur datæ sphæræ dimetiens. ab. seceturq; in. c. signo: ut. ac. ip̄ius. cb. dupla sit. Describaturq; sup. ab. semicirculus. adb. exciteturq; per. xi. primi ab ipso. c. signo ad angulos rectos. cd. & cōnectatur. da. exponaturq; circulus. efg. æquam habens eam q̃ ex centro ipsi. dc. Describaturq; in ipso. efg. circulo triangulū æquilaterū. efg. & accipiatur per primam tertii centrum circuli sitq;. h. signū: & connectatur. eh. hf. Et constituatur per. xii. xi. ab ipso. h. signo ipsius: efg. circuli plano ad angulos rectos: rectos. hk. & ponatur ipsa. hk. ipsi: ac. rectæ lineæ æqualis. & connectantur. ke. kf. kg. & quoniam, kh. recta est ad ipsius. efg. circuli planum & ad oēs igitur ipsam tangentes rectas lineas & in eodem ipsius. efg. circuli plano rectos efficit angulos per ii. xi. diffinitionē. Tangit aūt ipsam unaq̃q; ipsarū. he. hf. hg. igitur, hk. ad unā quanq; ipsarū. he. hf. hg. recta est: & quoniā æqualis est. ac. ipsi. hk. &. cd. ipsi. he. & rectos comprehendunt angulos. Basis igitur. da. per. iiii. primi. basi. ke. est æqualis: & id ꝓpterea & utraq; ipsarū. kf. kg. ipsi. da. est æqualis: Tres igit̄. ke. kf. kg. inuicem sunt æquales: & q̄m dupla est. ac. ipsius. cb. tripla igitur est ab. ip̄ius. bc. sicut aūt. ab. ad. bc. sic quod ex. ad. ad id q̄d ex. dc. sicut ostendet̄. Quoniā eni est sicut. ba. ad. ac. sic q̄d ex. da. ad id quod ex. ac. Cōuertendo per correlariū. xix. y. sicut. ab. ad. bc. sic quod ex. ad. ad id quod ex. ac. sicut. demonstrabit̄. Triplū igitur est quod ex. ad. eius quod ex. dc. est. autē & quod ex. fe. eius quod ex. eh. triplum: & æqualis est. dc. ipsi. eh. æqualis igit̄ est. da. ipsi. ef. Sed. da. utriq; ipsarū. ke. kf. kg. ostensa est æqualis: æq̄latera igit̄ sunt ipsa quattuor triangula hoc est. efg. kef. kfg. kgh. pyramis igitur construit̄ ex quattuor triangulis æqualibus & æquilateris: cuius basis est. efg. triangulū fastigiū uero est signū. k. Oportet iam ipsam data sphæra cōprehendere. ostēdereq; q̄ ipsius sphæræ diameter potētia lateris ipsius pyramidis sesqualter est. Extendantur enim in rectas lineas ipsius. kh. recta linea. kl. & ipsi. cb. æqualis ponatur. hl. & quoniā est sicut. ac. ad. cd. sic. cd. ad. cb. æqualis autem est ipsa quidem. ac. ipsi. kh. &. cd. ipsi. he. &. cb. ipsi. hl. est igit̄ sicut. kh. ad. he. sic. eh. ad. hl. quod. igitur sub ipsis. kh. hl. æquū est ei quod ex. eh. & rectus est uterq; ipsorum. khe. ehl. angulorū: igitur semicirculus descriptus super. kl. ueniet & p. h. Quoniā si cōnectamus. el. rectus fit qui sub. lek. angulus eo quia triangulum. elk. utriq; ip̄orū. elh. ehk. triangulorū æquiangulū fit. Si iam manente. kl. circunducat̄ semicirculus & in idē unde duci īcepit rursus steterit: ueniet & p signa. fg. cōnexis ipsis. fl. lg. & rectis similiter factis eis qui ad. fg. angulis: pyramis data sphæra cōprehensa erit. Igitur. kl. ipsius sphæræ dimetiens æq̄lis est datæ sphæræ diametro: q̄m ipsi q̄dem. ac. æqualis ponit̄. kh. ipsi autē. cb. ipsa: hl. Dico iam q̄ ipsius sphæræ dimetiens lateris ipsius pyramidis potētia sesqualter est. Quoniam & enim dupla est. ac. ipsius. cb. tripla igitur est. ab.



ipsius.bc.Conuertendo per correlariũ.xyiii.y.sesqualter est igitur.ab.ipsius: ac.sicut aũt.ba.ad.ac.sic quod ex.ba.ad.id quod ex.ad. Q uoniã cõnexa ipsa bd.est sicut.bd.ad.ad.sic.da.ad.ac.ꝓpter ipsoꝝ.dab.dac.triangulorꝝ similitudinem:& eo quia est sicut prima ad tertiã:sic quod ex prima ad id quod ex secunda.sesqualterꝝ igitur est quod ex.ba.eius quod ex.ad.&.ba.quidem ẽ ipsius datæ sphæræ diameter.&.ad.æqualis est lateri ipsius pyramidis:ipsius igitur sphæræ diameter ipsius pyramidis lateris sesqualtera est:qđ erat oñdẽdũ.
re cũ ea quæ inuicẽ nõ coueniunt non sit æqualia sed dissideant: sicut in elemẽ
tis prestantissimus ille Mathematicus nos docet Euclides at aduersæ homi-
num uoluntates cum inuicẽ non coueniant: sed mira quadam discrepãtia dis
sideant: super est igitur ut cõtrariæ remaneant. Q uod cum ita sese habeat: si
priscis illis tẽporibus sacrorũ uatum monumẽta multa bella: & funera facta
fuisse cõmemorãt. Si assyriorum persarum ac aliarum nationum horrendos
tumultus Dionysius halicarnesius. Diodorusq; siculus. Ac Iustinus narrant.
Si Thucydides atheniensium. Si. T. liuius Romanorum illa deniq; miranda
facinora & non sine magna copia sanguinis: & non nisi totius mundi tremen
tibus quasi cardinibus. explanant. Si Q uintus curtius Alexandri macædonis
in persarum Darium dilicatissimum regem expeditionem terribilem: expu-
gnatiõemq; ac uictoriam subactis persis explicat. Si ille quoq; dicat q̧ fratei-
no primi mandauerunt sanguine muri. Si demum quoq; nostra tempestate
priscis illis temporibus exorta bella: ac non extincta sed usq; in id temporis p
pagata in presentia horrendis tumultibus: magnis cædibus: ardentibusq; oc-
culte odiis ferueant: nõ est id propterea clarissime philosophæ q̧ mirari debe
amus. Dolendum potius est ingemiscendumq; plurimum: quandoquidẽ bel
la: quæ inter eos qui sub christi gloriosi uexillo uiuunt tam attrociter fiũt: nõ
extrema sed ciuilia sunt: ac si in p̄cordiis: in intestinis: ac in intimis cordis pe-
netralibus gererentur. Illud inq̃ uir doctissime possumus dicere. Q uis furor
o ciues: quæ tanta licentia ferri: gentibus inuisis latium præbere cruorem. Cũ
q; superba foret Babylõ spolianda tropheis Ausoniis: umbraq; erraret. Cras-
sus inulta. Bella geri placuit nullos habitura triumphos. Heu quantum ter-
ræ potuit pelagiq; parari Hoc quem ciuiles auxerunt sanguine dextræ. unde
uenit titan & nox ubi sidera condit. Q uaq; dies medius flagrantibus æstuat
horis. Et qua bruma rigẽs ac nescia uere remitti. Astringit scythicum glacia-
li frigore pontum. Sub iuga iam seres: iam barbarus isset araxes. Et gens si q̃
manet nascenti conscia nilo. Tum illud accedit q̧ hiis bellis noui emergũt ri-
tus: noui mores: nã nunc prætextatos refferũt artaxata mores: & si qd uspiã
est bonaꝝ litteraꝝ illud interit. Nam adsunt adhuc in italia illa fœdissima uã-
daloꝝ gothoꝝ: quæ uestigia: qui posteaq̃ italiã flãma: ferro: cæde: rapinis: &
aliis huiusmodi secui entiũ beluaꝝ puersis moribus fœdarũt: maximas bonis
lr̄is tenebras obiecerũt: & adeo ut ipsæ cõtremiscẽtes pluribus annis inuisæ

ritu ferino uiuentibus delitescerent. Quibus belluis in uniuersum seuienti
bus multa priscorum illorum ueterũ p̄clara opera interierũt multa obcæcata
& subuersa: multa fœdissima barbarie obsita in lucẽ exierũt. Periit inq̃ tunc
periit illa prisca mathematice diserendi consuetudo: & adeo ut quæ priscis il
lis temporibus adolescentulis plana & facillima ac in promptu erãt: in presen
tia uelut alta caligine demersa: difficillima nimisq; recondita eruditissimis ui-
ris etiam esse uideantur: neq; id mirum. Euclides namq; Megarensis Mathe-
maticus præclarissimus: qui omniũ mathematicarum disciplinarũ unus est
qui nobis fores reserat: in primis nimis peruerse intepretatus studẽtium ani
mos pluribus annis ambiguos tenuit. Nam cũ illud quod illius esse asserit
uolumen studentes legerẽt: miris laruis: somniis: & phantasmatibus quibus
ille interpres barbarissimus illud reffersit: offensi neq; auctori fidem adhibe-
bant: neq; illi detrahere audebant. Quare cum nos hiis disciplinis operam p
plures annos accõmodauerimus: uolentesq; nostris laboribus studẽtium cõ-
muni utilitati consulere. Ipsius Euclidis elemẽtorum uolumina tresdecim ex
Theonis traditione non minoribus uigiliis q̃ laboribus quibus per septeniũ
insudauimus: ex græcia in Italiam deduximus: quibus laboribus tandem uo
to superatis. Decreueramus: ut qui ex fluctuanti procellosoq; mari: portũ qe
tum cupit: nos alicui amœno studio emãcipare. animũq; hiis studiis fessum
ad humaniora conuertere. Cupiebamus etenim illam sublimis Homeri poe-
sim uidere: uim Demosthenis suspicere: suauitatem Isocratis mira quadã sã
ctitudine mixtã gustare: Pyndaricos fontes libare. Tum illa rusticana theo
criti in presentia in aliqua grata umbra æstuanti corpori relegere. Quando
quidem ut optime nosti in presentia sol domum est leoninam ingressus: ra-
dii que ad rectos angulos procidunt: idq; propterea inferiora hæc uehemẽti-
us incendunt. Tamen habitus qui aut nunq̃: aut difficulter a subiecto cõuel-
li potest: dispositionem huiusmodi difflauit. factum namq; est ut cũ me acci
gerẽ ut ipsius Euclidis opera seponerem: ecce ut euenire solet: ad manus ip
sius Euclidis data peruenerunt. opus sane preter id quod iucundum studẽti-
bus etiam necessariũ: quandoquidem ex eo facillime datᷣ intelligi quid nam
illud sit quod toties Euclides ipse in elementis datum appellat. Quod opus
quoniã pulchrũ utile necessariũ: scitu iucundum: & quia ex hiis laqueis ma-
thematicis me eximere nescio: tũ qm̃ hucusq; latinis ignotũ extitit; latinum
id a me propterea faciundũ esse censui: tuoq; nomini humanissime philoso-
phe destinandum. Eo sane argumẽto ut meã erga te obseruãtiam: amorẽq;
singularẽ inde cognosceres. Tum qm̃ cum hisce diebus triũuiratũ. Rei. pu.
patrocinatoriũ ageres magistratũ sane in ciuitate grauissimũ. a quo sicut uir
tutes benignissime fouentur: sic uitia & scelera seuerissime uẽdicantᷣ. quẽ cũ
p pauculos dies mira itegritate. sed mirãda te adeũtiũ satisfactiõe exerceris
& adeo ut Brixiẽsiũ p̄fectus oium pene cõitiorũ suffragiis dessignatus extite
ris tu te meo p̄ri nescio q̃ liberalitate te me uel lebẽter cognoscerᷣ uelle dixisti.
Cognosces igitᷣ me. & quid. tui uetustissimũ mamcipiũ. quale uero. quis ne-

scit.ineruditum indoctum.incultũ. philosophum tamen & eum qui diuini Platonis decreta auidissime sequi cupiat.ita tamẽ ut quãdoq; uelut trãsfuga & explorator castra philosophantium petat.Sed quoniam si uelis binas lõge inæquales magnitudines cõponere:id inq̃ haud facile factu tibi fuerit:nisi me dius quiddam sit ꝓpositus limes quo anologico medio extrema conueniant: coalescant:seq; mutuo pulsent. Nam si sexdecim ad quaternariũ cõparare uolueris:quippe qm̃ longe distant.medio indigent:octonario sane ad quẽ eã sexdecim habent:quam ipẽ a d quattuor habitudinem:duplam quidẽ.Sed quoniã bini dupli quattenarium conficiũt:ex ea igitur analogia ipsoꝶ sexdecim ad octo:& octo ad quattuor ea scatet ratio quadrupla qua & sexdecim: & quattor reuinciuntur.Q uod cũ ita sese habeat:cũ mea paruitas tuæ magnitudini nulla ex parte cohereat:fuit igitur medium adhibendum:quo tibi uir clarissime fuisset satisfactũ:& id sane quod tuæ illi rarissime doctrinæ correspõderet.Data igitur ipsius Euclidis ea erunt quibus me cognosces:quibus meam erga te fidem:& obseruantiæ magnitudinẽ intueberis.Q uæ cũ in ꝑsentia græca ueste reposita:latina iduta sint:te petunt:te adeunt:te uir doctissime uidere gestiũt:tuoq; sublimi iudicio comprobata:sub tuo nomine in manus studentium uenire cupiunt.Tantum igitur hospitem .philosophe ꝑstantissime hilari frõte serenoq; uultu accipies:& eo sane quo uiros doctos aspicere:& tibi beniuolentia deuincire soles.Verũ quoniã priscorum fuit cõsuetudo ut maximos uiros absq; munere adire nulli liceret:id propterea:tibi nõ orientaliũ gẽmas:non harabũ munera uulgo preciosa:nõ id quod plures hominum preclarissimũ bonum existimant:aurum scilicet:non id demũ qđ paruo tẽporis interuallo exiguo nutu fortunæ euanescit afferimus.Id quoniam tibi tradere conamur quod rarissimũ sit:idq; ꝓpterea omni thesauro feli cisq; harabiæ ditissimis muneribus lõge ꝓciosius:longeq; preclarius:hæc igitur nostra tibi erũt tradita munera:quæ si talia fuerit.quæ tua excellẽs doctri na amplexetur.tuum illud ferax ingeniũ benigne foueat.Curabimus nostris laboribus.præclaris illoꝶ ueterum operibus & huic nostræ ætati ignotis nomen tuũ illustrare.ut tu multis annis etiã post mortẽ uiuere possis.Sed hoc iam satis est.hoc libelle.iam peruenimus usq; ad umbilicum.longaq; nimis ac inculta oratione quæ ne quam par est prolixior euadat.iam te ad sublimen datorũ doctrinam philosophe doctissime transmittam.Valeas æternũ philosophantium exemplar rarissimum Venetiis.M.D.V.viii.ID.Sextilis.

¶ Euclidis Megarensis philosophi Platonici mathematicique prestantissimi Incipit liber Datorum ex traditione Pappi Bartholamæo Zamb. Veneto interprete.

¶ Diffinitio prima.



Ata magnitudine dicuntur areæ. lineæ. & anguli q̃bus æqualia possumus exhibere.

¶ Diffinitio secunda.

¶ Ratio dari dr̃ cui eandem possumus exhibere.

¶ Diffinitio tertia.

¶ Rectilineæ figuræ specie dari dicuntur. quarũ ãguli dati sũt ad unũ. & laterũ rões adinuicẽ datæ.

¶ Diffinitio quarta.

¶ Positione dari dicuntur signa. lineæ. & anguli. q̃ eundem semper locum obtinent.

¶ Diffinitio quinta.

¶ Circulus magnitudine dari dr̃. cuius quæ ex centro magnitudine datur.

¶ Diffinitio sexta.

¶ Positione magnitudineq; circulus dari dicitur. cuius cẽtrum positione datur. ea quæq; ex cẽtro magnitudine.

¶ Diffinitio septima.

¶ Segmenta circuli magnitudine dari dicuntur. in quibus anguli dati sunt. & segmentorum bases magnitudine.

¶ Diffinitio octaua.

¶ Positione & magnitudine segmẽta dari dicuntur. in quibus & anguli dati sunt magnitudine & bases segmẽtorum positione & magnitudine.

¶ Diffitio nona.

¶ Magnitudo magnitudine dato maior est. quando sublato dato. reliquum eidem æquum fuerit.

¶ Diffinitio decima.

¶ Magnitudo magnitudine dato minor est. quando adiecto dato. totum eidem æquum fuerit.

¶ Diffinitio vndecima.

¶ Magnitudo magnitudine dato maior est q̃ in ratione. quando ablato dato reliquum ad idem rationem datam habuerit.

¶ Diffinitio duodecima.

¶ Magnitudo magnitudine dato minor est q̃ in ratione. quãdo apposito dato reliquum ad idem rationem habuerit datam.

¶ Diffinitio xiii.

¶ Producta est quæ a dato signo in positione rectam lineam. acta recta linea in datum angulum. uel in datum signum.

¶ Diffinitio. xiiii.

¶ Reducta quæ a dato signo ad positiõe rectam lineam recta linea in angu

lo dato acta est.

Diffinitio. xvi.

Appositione ẽ quæ per datũ signũ positiõe rectæ lineæ parallelus acta ẽ.

Interpres.

Quoniam in eo uolumine ex quo Data huiusmodi trãscripsimus: in latinum quo conuertimus: quod sane uetustissimum ẽ. nõ nullas adiectiões comperimus. quæ. licet breues & concisæ sint qm̃ ad datorum intelligentiã plurimum conferunt. ut sese habent sic eas sumus interpretati. studentes uero iu dicabunt. Apud græcos id obseruatum inq̃ inuenimus: ut non omnes interpretationes auctorũ scribant aut conficiant. sed hii tantum qui iter auctores nominari possint. ut fuerũt homerici. & pyndarici interpretes: & alii plures uiri sane grauissimi ĩ disciplinis humanioribus. Itidẽ quoq; ĩ physiologicis ut sũt interpretes. Aristotelici. Ammonius. Alexãder. Ioannes grã. Themistius. & Platonici. sic ẽt in mathematicis. ut Theon. Hypsicles. Pappus. Heron alexandrinus. Proclus Lycius qui in Euclidẽ scripserũt factũq; est id propterea ut apud græcos nõ uideamus ista imensa nugarũ uolumina. quorũ nos latini pleni sumus. Videmus enim unũquẽq; auctorẽ tribus & quatuor cõmẽtationibus esse nõ interpretatũ sed laceratũ. & adeo ut crebro studẽtes nesciãt ubi nam sit incipiẽdũ quippe qm̃ sunt a ĩcõ nugis & laruis nescio quibus obsiti ut cæcutiẽtes in tenebris ambulẽt. illud inq̃ Horatianũ si unq̃ nunc mirũ ĩmodum uerũ est. nã scribimus in docti doctiq; poemata passim nolim tamẽ detraheř phamæ & auctoritati. Seruii. Acronis. Porphyrii. Donati. Lactãtii grauissimoꝝ auctoꝝ: qui linguã latinã illustrarũt. de illis uero aliis quid dicẽdum super sit ignoramus Ecce ẽt plurima uideas opuscula in grãmaticis cõposita. quæ in eũ creuerunt numerũ ut studẽtes superauerint. Miramur plurimũ q̃ ĩ hac nostra ætate tãta sit audacia ut q̃si Priscianus. Diomedes. Agretius. Phocas Donatus: & alii auctores grauissimi non satis exquisite ea quæ in grãmaticis erãt dicenda conscripserint. nescio qui ĩsurrexerint conãtes ut suæ nugæ neglectis auctoribus bonis legantur & hiis assuescãt adolescẽtes qui hiis nugis cura preceptorum iudicio carẽtium studentes scholis ĩgnorãtissimi exeũt. sed hos iam missos faciamus cũ cuilibet audẽdi semp æqua fuerit potestas: redeamusq; ad rem nostrã. Vbicunq; igitur ĩ datorũ theorematibus lector humanissime uidebis aliqua dicta per Scholiũ. ea omnia ex græcis adiectionibus sumpta esse censeto. Ea enim a græcis scholia nuncupantur q̃ a nobis latine postilla dicuntur.

Scolium.

Datorũ aliqua positione: ut alia magnitudine data sunt. Datũ siquidem quadrupliciter diceř aut enim magnitudine aut specie aut ratione: aut positiõe dari dicitur. quid uero horum unũquodq; significet: ipse Euclides docet Cõmuniter aũt dicitur datũ: cui idẽ inuenire & exhibere est possibile. Datorum uero traditionem in plano uno positam accipimus sicut ĩ sex prioribus libris elementoꝝ. Data sunt definita: hoc est quorũ finis datur aut intellectu aut sensu: hiis enim æqua possumus ex hibere. similiter ãt siue itelligentia. si

ue sensu: pōt aūt rationale & irrationale datū esse: ut inquit Pappus in principio eoꝝ quæ in Euclidē scripsit: rationale nāq; Datū est: sed nō oīno Datū rōnale ē. sed has tres diffinitiōes ultimas de magnitudinibus aiūt eē Appollonii.

¶ Theorema primum propositio prima.



Utrum magnitudinum rō adinuicem datur.

¶ Sint datæ magnitudines. a. b. dico q̄ ipsius. a. ad. b. ratio data est. Q̄m enī datur. a. possibile est per primā diffinitionē ei æquā exhibere: exhibeatur & esto. c. Rursus qm̄ data est. b. possibile ē per eandem eidē æquā exhibere. exhibeatur & esto. d. qm̄ igitur. a. est æqualis ipsi. c. &. b. ipsi. d. ē. igitur sicut. a. ad. c. sic est. b. ad. d. uicissim per. xvi. v. elemētorum sicut. a. ad. b. sic. c. ad. d. Ipsius igitur. a. ad. b. ratio data est: eadem namq; eidem exhibetur ipsius. c. ad. ipsam. d.

¶ Theorema. ii. propositio. ii.



Si magnitudo data ad aliā aliquā magnitudinem rōnē datam habuerit: & eadem magnitudine datur.

¶ Data inq̄ magnitudo. a. ad. q̄piā aliā magnitudinē. b. rōnē hēt datā. Dico q̄ ipsa. b. magnitudine daē. Q̄m enī datur. a. possibile est eidē p̄ primam diffinitionē eandē exhibere: exhibeatur āt esto. c. Et qm̄ rō ipsius. a. ad. b. datur: sic enī supponitur: & ei æqualē per. ii. diffinitionē exhibere ē possibile: exhibeatur estoq; ipsius. c. ad ipsam. d. ratio: & qm̄ est sicut. a. ad. b. sic est. c. ad. d. uicissim igitur p. xvi. v. ele. est sicut. a. ad. c. sic. b. ad. d. æq̄lis autē est. a. ipsi. c. æqualis igitur est &. b. ipsi. d. Datur igitur per primam diffinitionem ipsa. b. magnitudo. æqualis si quidem ei exhibetur. d.

¶ Scholium.

¶ Hoc precedētis conuersum est quodāmodo: sed non uniuersaliter id esse cunuersum dicendū est: esset enī uniuersaliter id precedentis cōuersum si magnitudines inuicē rōnem haberent datā: dantur magnitudines: nōnulli autem agrediunt̄ ut ostendāt esse cōuersum p̄cedentis: inquiunt q̄q; q̄ si magnitudines aliquæ rōnē adinuicē datā habuerint. dantur magnitudine.

¶ Theorema. iii. propositio. iii.




Si datae magnitudines quaecunq; compositae fuerint: & ex ipsis compositum datum erit.

¶ Componantur enim quælibet datæ magnitudines. ab. bc. Dico q̄ & quod ex. ab. bc. hoc est ipsum. ac. cōflatū datū est. Q uoniam enī datur. ab. possibile est per primā diffinitionē æqualē eidē exhibere: exhibeatur per candē sitq;. de. Rursus qm̄ datur. bc. possibileq; est eidem candē exhibere: exhibeatur per eadē & sit. ef. Q uoniam igitur æqualis quidem est. ab. ipsi. de. &. bc. ipsi. ef. Tota igitur. ac. toti. df. est æqualis per. ii. cōem sniam. Datur igitur ipsa. ac. eidem siquidem eadem exhibetur. df.

¶ Theorema. iiii. propositio. iiii.



Si a data magnitudie: data magnitudo auferatur: reliqua data erit.



¶ A data siquidē magnitudine.ab.data auferatur magnitudo.ac.Dico q̄ reliqua.cb.data est.Q m̄ enim datur.ab.possibile est eidem æqualem exhibere: exhibeatur per primam diffinitionem & sit.df.Rursus quoniā daē.ac.possibile est ei æquā exhibere.exhibeatur per eandem & sit.de.Q m̄ æqualis est.ab. ipsi.df.&.ac.ipsi.de.reliqua igitur.bc.reliquæ.ef.est æqualis per.iii.cōmunem sniam.Datur igitur.bc:æqualis enim eidem exhibetur.ef.

¶ Scholium.


¶ Et id theorema precedētis quod minime est conuersum.proprie siquidē esset conuersum:si data magnitudo in quascunq̄ diuisa fuerit:& unaqueq̄ carum in quas diuiditur data est:quæ eidem eedem & adinuicem sunt eedē hoc inq̄ patet in.xi.quinti elementorum.

¶ Theorema.v.propositio.v.



Si magnitudo ad sui partem aliquam rationē habuerit datam:& ad reliquam rōnem habebit datam.

¶ Magnitudo siquidem.ab.ad aliquā sui partem.ac.rationē habeat datā:dico q̄ & ad reliquā.bc.rōnem habet datam: ponatur siquidem data magnitudo.df.& qm̄ per primā propositionē ipsius.ba.ad.ac. ratio data est.eadem eidē per.ii.diffinitionē exhibeaē ut ipsius.de.ad.df. possibile enim est tribus datis magnitudinibus quartā proportionalem inuenire p xii.vi.elemē.Ipsius igitur.df.ratio data ē.data igitur est &.fd.Igitur &.de data est.& reliqua igitur.ef.data est.Et autem &.df.data.Ratio igitur ipsius.df ad.fe.data est.Et qm̄ est sicut.df.ad.de.sic.ab.ad.ac.Conuertēdo igitur p cor. xviii.v.ele.est sicut.df.ad.fe.sic.ab.ad.bc.Ratio autē ipsius.df.ad.fe.data est ut patuit.Ratio igitur & ipsius.ab.ad.bc.data est.



¶ Theorema.vi.propositio.vi.

Si binae magnitudines compositae fuerint ad inuicem rationem habentes datam.& tota ad ipsarum vtranq̄ rationem habebit datam.

¶ Componantur enim binæ magnitudines.ac.cb. adinuicem datam rationem habentes.Dico q̄ tota.ab.ad.utranq̄ ipsarum.ac.cb.rationem datam habet exponatur enim data magnitudo.de.& quoniā per primā ppositionē ratio ipsius.ac.ad.cb.data.ē:eadē fiat quæ ipsius.de.ad.ef.ratio:data est autē utrāq̄ ipsarū.de.ef.data.Ratio igitur ipsius.de.ad utrāq̄ ipsarū.de.ef.data est.Et qm̄ est sicut.ac.ad.cb.sic est.de.ad.ef.Cōponendo igitur per.xviii. quinti elementorum sicut.ab.ad.bc.sic.df.ad.fe.& conuertendo igitur p correlarium decimeoctauæ quinti elementorum sicut.ba.ad.ac.sic.df.ad.de.& quoniam sicut.df.ad utranq̄ ipsarū.de.ef.sic.ab.ad.utrāq̄ ipsa⁊.ac.cb.Ratio. igitur & ipsius.ab.ad.utrānq̄ ipsarum.ac.cb.data.est.



¶ Scholium.

¶ Data⁊ siquidem magnitudinū ratio inuicem datur.æquam enim ipsius. df.ad.fe.exhibemus rationem.

¶ Theorema.vii.propositio.vii.

Si Data magnitudo in datam rationem diuisa fuerit: vtrū-que segmentum datum est.

¶ Data enim magnitudo .ab. in datam ratiōem ipsius .ac. ad .cb. dimidatur. Dico q utrūq segmentum & .ac. & .cb. datum est quoniā enim ratio ipsius .ac. ad .cb. data est: ratio igitur ipsius .ab. ad utraq ipsarum .ac. cb. data est. Data est .ab. data igitur utraq ipsarum .ac. cb.

¶ Theorema. viii. propositio. viii.

Eandem ad idem rationem datam habentia: et adinuicem rationem datam habebunt.

¶ Habeat siquidē utraq ipsarum .a. c. ad .b. rōnem datam: Dico q & .a. ad .c. rōnem habebit datam. Sit inq data magnitudo .d. & qm rō ipsius .a. ad .b. data est: eadem eidem fiat quæ ipsius .d. ad .e. Data inq est .d. data igitur .e. Rursus qm ratio ipsius .b. ad .c. data est: eadem eidem fiat quæ ipsius .e. ad .f. data est .e. data igitur est & .f. Est aūt & .d. data. Ratio igitur ipsius .d. ad .f. est data. Et qm ē sicut .d. ad .e. sic .a. ad .b. & sicut .b. ad .c. sic est .e. ad .f. sed ratio ipsius .d. ad .f. data est. ratio igitur & ipsius .a. ad .c. data est.

¶ Scholium.

¶ Aequa est ratio sicut in .xvii. diffinitione: & .xxii. propōne .v. ele. patet

¶ Theorema. ix. propositio. ix.

Si binae aut plures magnitudines inuicē rationem hūerit datā: hūerit aūt eedē magnitudines inuicem ad alias quasdam magnitudines rationes datas: neq easdem: et ipsae magnitudines inuicem rationem datem habebunt.

¶ Binæ inq siue plures magnitudines .a. b. c. adinuicem rationem habeat datam: habeant autem ipse .a. b. c. magnitudines ad alias quasdam magnitudines .d. e. f. datas rōnes non aūt easdē. Dico q & ipæ .d. e. f. magnitudines ad inuicē rōnē datam habebunt. Q uoniā ipsius .a. ad .b. ratio est data: & ipsius .a. ad .d. rō est data: & ipsius igitur .d. ad .b. ratio est data Sed ipsius .b. ad .e. ratio est data: & ipius igitur .d. ad .e. ratio est data. Rursus qm ipsius .b. ad .c. ratio ē data: ipsius autem .b. ad .e. ratio est data: & ipsius igitur .e. ad .c. ratio data est: Ipsius autem .c. ad .f. ratio est data. & ipsius igitur .e. ad .f. ratio est data. ipsæ igitur .d. e. f. adinuicem rationem datam habent

¶ Scholium:

¶ Si enim de substantia se habet ostensio quando hoc fuit eadem: uel ratio propositarum ad aliquas cō tingentes magnitudines eadem: uel q contingētes rationem habebunt datam: in hoc exercetur problema.

¶ Theorema. x. propositio. x.

Si magnitudo magnitudine dato maior fuerit quā in ratione: et vtraq eadē dato maior erit quā in ratione: et si vtraq eadē dato maior ē quam in ratione: et reliqua eadem vel dato maior est q̄ in ratione: vel reliqua cum consequenti ad quam altera rationem habet datam: data est.


¶ Magnitudo inq .ab. magnitudine .bc. dato maior esto q̄ in rōne: dico q &

utraq;.ac.eadē.cb.dato maior est q̄ in rōne.Q m̄ enim.ab.ipa.bc.dato maior est q̄ in rōne.auferatur data magnitudo.ad.Reliquæ igit̄.db.ad. bc.per.iiii. propositionē ratio est data:& cōponendo per.xviii.v.ele.& per.iii.datorū ipsius.dc.ad.bc.rō data est:& est data.ad.igit̄ ipsa.da.ipsa.cd.dato maior est quā in rōne.Rursus iam.ac.ipsa.cb.dato maior esto q̄ in rōne.Dico q̄ & reliq̄.ab. eadem.bc.aut dato maior erit q̄ in rōne:uel ipsa.ab.cum cōsequenti ad eā ad quā ipsa.bc.rōnem datā habet:data est.Q m̄ enim.ac.ipsa.cb. dato maior est q̄ in rōne:auferatur data magnitudo.Data iā aut ipsa.ab.minor:aut maior. ē. Sit prius minor:sitq;.ad.reliquæ igit̄.dc.ad.cb.rō per.iiii.propositinē data ē. Distribuendo igitur q̄ ipsius.db.ad.bc.rō data est.per.vii.propositionē: ēq; data ipsa.ad.Igitur.ab.ipsa.bc.dato maior est q̄ in rōne.Sed iam data maior esto ipsa.ab.ponaturq; per diffinitionem primā datorū eidē æqualis.ae.Ratio igitur reliquæ.ec.ad.cb.data est.Q uare & e cōtra ipsius.bc.ad.ec.ratio data est.& conuertendo p correlarium.xviii.quinti ele.ipsius. bc.ad.be.rō data est & est.eb.cum ipsa.ba.data.Tota enim.ae.data est.Igitur.ba.cum consequenti ad quam.bc.rationem datam habet data est.

¶ Scholium.

¶ Hoc est cōponendo maior est q̄ in rōne:sicut magnitudo.x.& altera magnitudo.xxiii.data aūt sit.iii.& utraq;.xxxiii.& ipsa.x.in ipsa.cd.est data q̄ in rōne:Auferant̄ sicut a data.ca.x.ad.xx.data sicut nūc in secūda rōne & sicut in diffinitionibus dictū est.sicut magnitudo.ab.per hypothesim.xxiii.magnitudine.bc.existente per hypothesim.x.dato maior esto q̄ in rōne. Sitq; data. ad.xxxiii.si igitur ab ipsa.ab abscindis datum.ad.hoc est.iii.reliqua .dc.xx.ad bc:x.rōnem habet datā.patuit aūt in diffinitionibus:dato enim maior est q̄ in rōne hoc patet:& manifestū q̄ & reliqua est:& tota.ac.maior est dato q̄ in rōne.Si enim æqualis extiterit data.ab.reliqua.bc.ad eandē.bc.rursus datā hēt rōnem:possum siquidē eandē eidē exhibere sicut in diffinitionibus.Datur siquidem.ec.per.iiii.theorema:& qm̄ datur utraq; ipsarū.ca.ae.& ipsarum adinuicem ratio datur.per primum theorema & ipsius.ac.ad.ce.Sed ipsius.ac. ad.cb.sic ipsius.bc.ad.ce.Q m̄ enim est sicut.ad.ad.dc.sic.cd.ad.db.& uicissim.per.xvi.v.ele.sicut.ac.ad.cd.sic.cd.ad db.Et conponendo igitur per.xviii. v.ele.sicut.ac.ad.cd.sic.cb.ad.db.& uicissim p.xvi.v.ele.sicut.ac.ad.cb.sic.cd. ad.db.datur autem ipsius.ad.ad.db.rō.Datur igitur & ipsius.ac.ad.cb.ratio. Sed potius cōcisius dicēdū est sicut unū añcedentiū ad unū sequentiū.hoc ē sicut.cd.ad.db.sic oīa añcedentia:ad oīa sequentia:hoc est.ac.ad.cb.

¶ Theorema.xi.propositio.xi.



Si magnitudo magnitudine dato maior fuerit q̄ in rōne: eadē & utraq; dato maior erit q̄ in rōne:& si eadē & utraq; dato maior fuerit q̄ in rōne:eadem & reliqua dato maior igitur erit q̄ in ratione.

¶ Magnitudo enim.ab.ipsa.bc.dato maior sit q̄ in rōne.Dico q̄ & ipsa.ac. dato maior est q̄ in rōne.Q m̄ enim.ab.ipsa.bc.dato maior est q̄ in rōne:aufe

ratur data magnitudo.ad.Reliquæ igitur.db.ad.dc.rõ ẽ data & ecõtra:& cõponendo per.xviii.v.elemen.&.iiii.datoꝝ.Eadẽ eidẽ fiat:ipsius.ad.ad.de.Ratio igitur ipsius.ad.ad.de.data est.Data est.ad.data igitur &.de.Quare p.iiii. propositionẽ reliqua.ea.data est.Est aũt totius.ac.ad.totã.eb.rõ.data: quare & ipsius.eb.ad.ac.rõ est.data:&.ac.data est.Igitur.ba.ipsa.ac.dato maior est q̃ in rõne.Dico ꝙ eadẽ.ab.reliqua.bc.dato maior est igit̃ q̃ in rõne.Q m̃ enim. ab.ipsa.ac.dato maior est q̃ in rõne:auferatur data magnitudo.ae.reliquæ igitur.eb.ad.ac.rõ data est.Quare & ipsius.ac.hoc ẽ e cõtra ad.eb.ratio est data Eadem eidẽ fiat:ipsius.ad.ad.ed.& ipsius.da.igitur ad.ed.rõ est data.Et conuertendo per correlatiũ.xviii.v.ele.ipsius.da.ad.ae.rõ est data.& e cõtra ipsius.ea.ad.ad.rõ ẽ data & data est.ae.data igit̃ & tota ad.Et q̃m tota.ac.ad.totã. eb.ratio data est quare ipsius.ad.ad.de.rõ.data est.erit & per.xix.v.elementorum reliquæ.ed.ad reliquã.db.rõ data.Et distribuẽdo p.vii.ppositionẽ ipsius eb.ad.bd.rõ est data.Quare & ipsius.db.ad.bc.rõ est data.Ipsa enĩ.da.data est.Igitur.ab.ipsa.bc.maior est dato:q̃ minor.

¶ Scholium.

¶ Q m̃ enim est sicut.ac.ad.eb.sic ablata.ab ad.ablatam.dc.& reliqua igitur ed.ad reliquã.db.est sicut.ac.ad.eb.per.xix.v.elemen.data autem est ipsius. ac.ad.eb.ratio.data igitur & ipsius.ed.ad.db.

¶ Theorema.xii.propositio.xii.

Si fuerint tres magnitudines:& prima cum secunda data fuerit.fuerit autem & secunda cũ tertia data prima tertiae erit est aequalis:vel altera altera dato maior est.

¶ Sint tres magnitudines.ab.bc.cd.&.ab.cũ.bc.data sit.ut.ac. At.bc.cũ.cd.data.sit.ut.db.Dico ꝙ.ab.ipsi.cd.aut ẽ æq̃lis.uel altera altera dato maior est.Q m̃ enim data est utraq; iparũ .ac.bd.Data iam aut sunt æqualia aut inæqualia.Sint primũ æqualia:æqualis igitur ẽ.ac.ipsi.bd.cõmunis auferat̃.eb.reliqua igit̃.ab.reliquæ.cd.ẽ æqualis.Non sint aũt æqualia:sed esto maior.ac.ipsa.bd.& ipsi.bd.exhibeatur æqualis.ce.per.ii.primi elẽ.Ipsa.bd. data est igitur est &.ce.est aũt & tota.ac.data & reliqua.ae.data est.Et q̃m æqualis est.ec.ipsi.bd.cõis auferatur.bc.reliqua igitur be.reliquæ.cd.est æqualis.Est aut data.ae.Igitur.ab.ipsa.cd.dato maior est.

¶ Scholium.

¶ Si aũt maior fuerit.bd ipsa.ac.dato.ac.æquum aũt quod e x.b.& eadẽ efficientes demonstrabimus:ꝙ.cd.ipsa.ab.dato maior est:hoc enim patuit in prima:uel altera alrera dato maior est.

¶ Theorema.xiii.propositio.xiii.

Si fuerint tres magnitudines:& prima ad secundam rõnẽ habuerit datam:secunda vero tertia dato maior fuerit q̃ in rõne:& prima tertia dato maior erit que in ratiõe.

¶ Sint tres magnitudines.ab.cd.e.&.ipsa q̃dẽ.ab.ad.cd.rõnem habeat datam:at.cd.ipsa.e.dato maior sit q̃ in rõne.Dico ꝙ &.ab.ipsa.e.dato

maior est q̄ in ratione. Nā qm̄.cd.ipsa.e.dato.maior est q̄ in ratione: auferatur data magnitudo.cf. Reliquæ igitur.df.ad.e.rō.data ē: & qm̄ ipsius.ab.ad.cd. ratio data est.eadē eidē fiat quæ ipsius.ag.ad.cf.data. Data est.cf.data igitur: &.ag.& reliquæ.gb.ad reliquā.fd.rō data est. & ipsius.df.ad.e.rō.data ē & ipsius.gb.ad.e.igit̄ rō data ē. Est aūt data.ag. Igit̄ .ab.ipā.e.dato maior ē q̄ i rōne.

¶ Scholium.

¶ Si enim fuerit sicut totum ad totum: sic ablatum ad ablatum. & reliquum ad reliquum erit sicut totum ad totū. sicut patet per.xix.quinti elemen. & in diffinitionibus cōponitur enim dato q, maior sit q̄ in ratione.

¶ Theorema.xiiii.propositio.xliii.



Si binae magnitudines adinuicem rationem datā habuerint: appositaqȝ fuerit earū vtriqȝ data magnitudo: totae adinuicem aut rationem datam habebunt. aut altera altera maior ē q̄ȝ in ratione.

¶ Binæ siquidem magnitudines.ab.cd.adinuicem rōnē habeāt datā: & apponatur eaꝶ utriqȝ data magnitudo hoc est.ae.&.cf. Dico q, tot.æ.eb..fd.adinuicem aut rōnē habēt datam: uel altera altera.dato maior est.q̄ in rōne. Nam qm̄ data est utraq, ipsaꝶ.ea.cf. Ratio igitur ipsius.ea.ad.cf.data.est: & siqdē eadem quæ ipsius.ab.ad.cd.igitur & totius.eb.ad.totā.fd.rō est data. Non autem sit eadem. Fiatqȝ sicut.ab.ad.cd.sic.ga.ad.cf. Ratio igitur & ipsius.ga.ad. cf.data est. Data autē est.fc.data igitur &.ga.& ipsius.fc.ad.ga.ratio data est. Et reliqua igitur.eg.data est. Estqȝ.sicut.ab.ad.cd.sic.ga.ad.fc. Ratio igit̄ ipsius.ga.ad.fc.est: data. Data autem &.fc. Data igitur est &.ga. Est autem & ea data.&.reliqua igitur.eg.data est. Et quoniā sicut.ab.ad.cd.sic.ga.ad.fc.ratio igitur ipsius.gb.ad.fd.data est. Est autem data &.eg. Igitur.eb.ipsa.fd.maior est dato q̄ in ratione.

¶ Scholium.

¶ Si uero efficiemus sicut.ab.ad.cd.sic.ae.ad.id.quod ex.c.sicut in.vii.inuenietur.fd.ipsa.eb.dato maior q̄ in ratione.

¶ Theorema.xv.propositio.xv.



Si binae magnitudines adinuicem rōnem datam habuerint: & auferatur ab earū vtraqȝ data magnitudo: reliquae adinuicē aut rationem datam habebunt: uel altera altera dato maior erit q̄ȝ in ratione.

¶ Binæ nāqȝ magnitudines.ab.cd.adinuicē rationē habeant datā. auferatur qȝ ab eaꝶ utraqȝ data magnitudo ab ipsa inq̄.ab.ipsa.ae.ab.ipsa uero.cd.ipsa. cf. Dico q, & reliquæ.eb.fd.adinuicē aut rationem habebunt datā. uel altera. altera dato maior est q̄ in ratione. Nam quoniā utraqȝ.ae.cf.data est.rō igitur ipsius.ae ad.cf.data est per primā ꝓpositionē. Et siquidem eadem est ei quæ ipsius.ab.ad.cd.erit & reliqȝ.eb.ad reliquam.fd.ratio data. Non sit autem eadem fiatqȝ sicut.ab.ad.cd.sic.ag.da.cf. Ratio autem ipsius.ab.ad.cd.data est. Ratio ipsius igitur.ag.ad.cf.data est. Data igitur est & .ag. Est autem &.ae.

data.Et reliqua igitur.eg.data est.Et quoniam est sicut.ab.ad.cd.sic est ag.ad cf.Reliquæ igitur.gb.ad.raliquam.fd.ratio data est.Est autem data.eg.Igitur eb.ipsa.fc.dato maior est q̄ in ratioue.

¶ Scholium.

¶ Hoc conuersum est quodāmodo p̄cedentis ostendens q̄ si appositæ fuerint datæ magnitudines:eis datam habent rationem:nunc uero auferatur eadem ab eisdem idem ostendit.

¶ Theorema.xvi.propositio.xvi.



Si binae magnitudines inuicē rōnem habuerint datam.et sub vna earum data magnitudo auferatur:alteri vero earum data magnitudo apposita fuerit tota dato maior est q̄ in ratione.

¶ Binæ siqdem magnitudines.ab.cd.rationem habeant datam:& ab ipsa.cd.data auferet magnitudo ipsi uero.ab.data apponatur magnitudo.fa.Dico q̄ tota.fb.tota.ed.dato maior est q̄ in rōne.Nam quoniā ipsius.ab.ad.cd.ratio data est.eadem eidem fiat hoc est ipsius.ag.ad.ce.Igitur ipius.ag.ad.ce.ratio data est.Data autem est.ce.data igitur &.ag.Est autem &.af.data.Tota igitur.fg.data est per.iii.propositionem.Et quoniā est sicut.ab.ad.cd.sic ē ag.ad.ce.& reliq.gb.ad.reliquā.ed.ratio est data per.xix.y.ele.Et.gf.data ē:Igitur.fb.ipsa.ed.dato maior est q̄ in ratione.

¶ Theorema.xvii propositio.xvii.



Si fuerint tres magnitudines:et prima secūda dato maior fuerint q̄ in rōne:fuerint aūt et tertia eadē dato maior q̄ i ratione:prima ad tertiā aut datam rationē habebit:vel altera altera dato maior erit q̄ in ratione.


¶ Sint tres magnitudines.ab.c.de.&.utraq; ipsarum.ab.de.ipsa.c.dato maior esto q̄ in ratione.Dico q̄ ipsæ.ab.de.aut adinuicem datam habent rationē uel altera altera dato maior est q̄ in ratione.Auferatur data magnitudo.dg.Reliquæ igitur.ge.ad.c.ratio est data.Id p̄terea iam & ipsius.fb.ad.c.ratio est data & ipsius.fb.ad.gc.igitur ratio est data:& eis apponunt datæ magnitudines.af.dg.Totæ igitur.ab.de.adinuicem uel rationem habent datā:uel altera altera dato maior est q̄ in ratione.

¶ Theorema.xviii.propositio.xviii.



Si fuerit tres magnitudines:vna aūt earū vtraq; reliqrū dato maior fueritq; in rōne:binae relique adinuicē aut rōnē datā habebūt:vel altera altera dato maior erit q̄ in rōne.

¶ Sint tres magnitudines.ab.cd.ef.earū uero.una.cd.utraq; reliquarū.ab.ef.dato maior sit q̄ in rōne.Dico q̄ ipsa.ab.ad.ef.aut rōnē hēt datā:uel altera altera dato maior est q̄ in rōne.Nā qm̄.cd.ipsa.ab dato maior est q̄ in rōne auferatur data magnitudo.cg.Reliquæ igit.gd.ad.ab.rō ē data.eadē eidē fiat q̄ ipius.cg.ad.ah.Rō igit ipsius.cg.ad ah.data est.Data aūt est.cg.data igitur.& ah.& totius.cd.ad totā.hb.rō est data.Rursus qm̄.cd.ipsa.cf.dato maior est q̄ in ratione.auferatur data magnitudo.ck.Reliquæ igitur.kd.ad.ef.ratio da



DD

ta est: eadem eidem exhibeatur quæ ipsius.ck.ad.le. Ratio igitur, & ipsius.ck. ad.le.data est. Data autem.ck.data igitur &.le.& totius.cd.ad totum.lf. ratio est data. Ipsius autem.cd.ad.hb.ratio est data. Et ipsius .hb.igitur ad.lf. ratio est data. Et ab ipsis datæ auferunt magnitudines.ha.le. Ipsæ igitur.ab.ef. aut adinuicem rõnem habebũt datam: aut altera: altera dato maior erit q̃ in rõne.

¶ Theorema.xix: propositio.xix.



Si fuerint tres magnitudines: & prima secunda dato maior fuerit quam in ratione: fuerit autem & secũda tertia dato maior quam in ratione: & prima tertia dato maior igitur erit quam in ratione.

¶ Sint tres magnitudines.ab.cd.e.& ab ipsa.cd.dato maior esto q̃ in ratione &.cd.ipsa.e.dato maior esto q̃ in ratione. Dico q̄ &.ab ipsa.e.dato maior est: q̃ in ratione: nam quoniam.cd.ipsa.e.dato maior est q̃ in ratione. auferatur data magnitudo.cf. Reliquæ igitur.fd.ad.e.ratio est data. Rursus quoniam.ab. ipsa.cd.dato maior est q̃ in ratione: auferatur data magnitudo.ag. Reliquæ igitur.gb.ad.cd.ratio est data. eadem eidem fiat quæ ipsius.gh.ad.cf. Ratio igitur ipsius.gh.ad.cf.data est. Data autem est.cf.data igitur est &.gh.est autem &.ga.data.& tota igitur.ha.data est. Et quoniam est sicut gb.ad.cd. sic ẽ. gh.ad.cf.& reliquæ.hb.ad reliquam.fd.ratio data est. Ipsius autem.fd.ad.e. ratio est data: & ipsius.hb.igitur ad.e.ratio est data: & data est.ha. Igitur. ba. ipsa.e.dato maior est q̃ in ratione.

¶ Aliter.

¶ Sint tres magnitudines.ab.c.d.&.ab.ipsa.c.dato maior sit q̃ in ratiõe: &.c. ipsa.d.dato maior sit: q̃ in ratione. Dico q̄.&.ab.ipsa.d.dato maior est q̃ in ratione. Quoniam.ab.ipsa.c.dato maior est q̃ in ratione: auferatur data magnitudo.ae. Reliquæ igitur.eb ad.c.ratio est data per quartã propositiõem. At.c. ipsa.d.dato maior est q̃ in ratione: &.eb.igitur ipsa.d.dato maior est q̃ in ratione. Auferatur igitur data magnitudo.cf. Reliquæ igitur.fb.ad.d.ratio est data per eandem. At.af.data est: &.ab.igitur ipsa.d.dato maior est q̃ in rõne.

¶ Theorema.xx.propositio.xx.



Si fuerint binae magnitudines datae: ab eisdemq̄ ablatae fuerint magnitudines adinuicem rationem datam habentes: reliquae adinuicem aut datam rationem habebũt: vel altera altera dato maior erit q̃ in ratione.

¶ Sint binæ magnitudines datæ.ab.cd.& ab ipsis.ab. cd. auferantur magnitudines.ae.cf.rationem adinuicem habẽtis datam. dico q̄ ipsæ.eb. fd. adinuicem rationem datam habent. uel altera altera dato maior est quam in ratione Nam quoniam utraq̄ ipsarum.ab.cd.data est. Ratio igitur ipsius.ab. ad. cd. data est: & siquidem eadem ẽ ei: quæ ipsius.ae.ad.cf.erit & reliquæ. eb. ad reliquam.fd.ratio data. Non sit iam eadem: fiatque sicut.ea.ad.cf.sic.ag.ad.cd. Ratio autem ipsius.ae.ad.cf.est data. Ratio igitur ipsius.ag.ad.cd.data ẽ. Data autem.cd.data igitur &.ag. Est autem &.ab.recta linea data: & reliqua igi-

tur.gb.data est: & quoniam est sicut.ae:ad.cf.sic est.ag.ad.cd. & reliquæ.ge. ad reliquam.fd.ratio est data Data autem est.gb.igitur.eb.ipsa.fd.dato maior est q̃ in ratione.


¶ Scholium.

¶ Quoniam enim est sicut.ae.ad.cf.sic.est.ag.ad.cd.manifestum q̃ & reliquæ.eg.ad.reliquam.fd.ratio data est per.xix.v.elementorum & in aliis eius modi per scholium maxime decimi theorematis.

¶ Theorema.xxi.propositio.xxi.

Si fuerint binae magnitudines datae: eisdemq̃ appositae fuerint magnitudines adinuicem rationem datam habentes: totae adinuicem aut rationem datam habebũt: aut altera altera dato maior erit q̃ in ratione.


¶ Sint binæ magnitudines datæ.ab.cd. apponãturq̃ eisdem magnitudines. ea.cf.rationem habentes datam adinuicem. Dico q̃ & totæ.eb.fd. adinuicem rationem habebunt datam. uel altera altera dato maior est q̃ in ratione. Quoniam enĩ data ẽ utraq̃ ipsarum.ab.cd. Ratio igitur ipsius.ab.ad.cd.per primã propositionem data est & si quidem eadem est ei quæ ipsius.ae.ad.cf.erit: & totius.eb.ad totam.fd.ratio data est. Si autem nõ fiat sicut.ae.ad.cf.sic.ga.ad cd. Ratio igitur ipsius:ga.ad.cd.data est. Data autem est.cd.data igitur est & ga. Est autem & ab.data: & reliqua igitur:gb.data ẽ. Et quoniam est sicut.ea. ad.cf.sic est.ag.ad.cd. & totius.eg.ad totam.fd.ratio ẽ data: & data est.gb.igitur.eb.ipsa.fd.dato maior est q̃ in ratione.



¶ Theorema.xxii.propositio.xxii.

Si binae magnitudines ad aliquam magnitudinẽ rõnem datam habuerint: & utraq̃ ad eandem rõnẽ habebit datã.


¶ Binæ siquidem magnitudines.ab.bc.ad aliquam magnitudinem.d.rationẽ habeant datam. Dico q̃ & utraq̃ ac.ad eandem.d. rationem habet datam. Quoniam utraq̃ ipsarum.ab.bc.ad.d.rationem habet datam ratio igitur & ipsius.ab.ad.bc.data est. Et componendo per.xviii. quinti elementorum ipsius.ac.ad.cb.ratio est data ipsius autem.bc.ad.d.ratio est data: & ipsius.ac.igitur ad.d.ratio data est.



¶ Theorema.xxiii.propositio.xxiii.

Si totum ad totum rationem habuerit datam: habuerint autem partes ad partes rationes datas non autem easdẽ & omnia ad omnia rationes datas habebunt.

¶ Habeat enim totum.ab.ad totum.cd.datam rationem: habeant autem & ae.eb.partes ad.cf.fd.partes datas rationes: non autem easdẽ. Dico q̃ & omnia ad omnia rationes habebunt datas. Quoniam enim ipsius. ae.ad.cf.ratio data est.eadem eidem fiat ipsius.ab.ad cg. Ratio igitur & ipsius rectæ lineæ.ab.ad.cg.rectam lineã data est. Erit & reliquæ.eb.ad reliquã fg. ratio data. Ipsius autem.eb.ad. fd.ratio data est. Et ipsius. fd. ad. fg.



ratio data est per.xviii.quinti elementorum: & conuertendo per corelarium eiusdem ipsius.fd.ad.dg.ratio data est.Et quoniam ratio ipsius .ba.ad utrunq; ipsorum.dc.cg.data est:& ipsius.dc.igitur ad.cg.ratio est data:& conuertendo per idem correlarium & ipsius.cd.ad.dg.ratio est data . Sed ipsius. dc. ad df.ratio est data:& ipsius.cd.igitur ad.df.ratio est data:quare & ipsius .cf. ad fd.ratio est data.Sed ipsius quidem.cf.ad.ae.ratio est data : ipsius autem . fd. ad.be.ratio est data.Q uare omnium ad omnia ratio data est.

¶ Scholium.

¶ Receptum siquidem est q; ipsius.cf.ad.fd.ratio data est.ponitur autem & ipsius.eb.ad.fd.ratio data:& ipsius igitur.cf.ad.eb.ratio ē data per.viii. ppositionem.Rursus quoniam ipsius.ae.ad.eb.ratio data demonstratur:ponitur autem & ipsius.eb.ad.fd.ratio data:& ipsius igitur.ea. ad . fd. ratio est data. per octauam propositionem:& quoniam.ae.eb.ad inuicem rationem habēt datam:& totum.ab.ad utrunq; ipsorum.ae.eb.rationem habet datam. Q uare & similiter &.cd.ad utranq; ipsarum.cf.fd.rationem habet datam.Et quoniam.ab.ad.cd.rationem habet datam:habet autem &.cd.ad utranque ipsarum.cf.fd.rationem datam &.ab.igitur ad utranq; ipsarum.cf. cd. rationem habet datam.Q uare omnia ad omnia rationes datas.

¶ Theorema.xxiiii.propositio.xxiiii.



I tres rectae linae proportionales fuerint:prima vero ad tertiam rationem habuerit datam:& ad secundam rationē habebit datam.

¶ Sint tres recte lineæ proportionales:abc. sicut. a. ad .b.sic .b. ad.c.At.ad.c.rationem datam habeat.Dico q; & ad.b.rationem habebit datam:extendatur enim data recta linea.d.& quoniam ratio ipsius.a.ad. c. data est.Eadem eidem fiat ipsius.d.ad.f.Igitur ipsius.d.ad.f.ratio data est . Data autem est.d.data igitur est &.f.accipiatur per.xiii.sexti elementorum ipsorū df.media proportionalis.e.Igitur per.xvii.eiusdem quod sub.df.æquum est ei quod ex.e.Sed quod sub.df.datum est.utraq; enim earum data ē. Datum igitur & quod ex.e.Est autem &.d.data.Ratio igitur ipsius.d.ad.e.data est. Et quoniam est sicut.a.ad.c.sic est.d.ad.f.Sed sicut.a.ad.c.sic quod ex.a.ad id qd' sub.ac.sicut autem.d.ad.f.sic quod ex.d.ad id quod sub. df. Sicut igitur quod ex.a.ad id quod sub.ac.sic quod ex.d.ad id quod sub.df.Sed ei quidem : quod sub.ac.æquum est id quod ex.b.per.xvii.sexti elementorum . ipsæ . abc. sunt proportionales.Ei autem quod sub.df.æquum est id quod ex.e. per eandem. Sicut igitur id quod ex.a.ad.id quod ex.b.sic quod ex.d.ad id quod ex.e. & sicut igitur.a.ad.b.sic.d.ad.e.Ratio autem ipsius.d.ad.e. data est. Ratio igitur ipsius.a.ad.b.data est.

¶ Aliter idem.

¶ Q uoniam ratio ipsius.a.ad.c.data est. sicut autem .a.ad.c. sic quod ex.a. ad id:quod sub . ae. Ratio igitur ipsius . a . ad id : quod sub. ac. data est.

Ei autem quod sub.ac.æquum est id quod ex.b.Ratio igitur eius quod ex.a ad id quod ex.b.data est.Quare & ipsius.a.ad.b.ratio data est.utriq; siquidē. ipsarum.ab.æquas exhibuimus in proprio cuibet quadrato.

¶ Scholium.

¶ Quoniam didicimus in diffinitionibus:rectilineas figuras specie dari:quorum anguli dati sunt:& laterū rationes adinuicem sunt datæ.si efficimus parallelogrammum abcd rectangulum æquum habēs.d.ipsis.a.b.habemus.si quidem angulorum unumquenq; datum:qm̄ recti sunt omnis cui rectus angulus datur.rectus siquidem a recto non differt sicut patet per quartū postulatum:& manifestum q; ratiões laterum sunt datæ.Ratio siquidem ipsius.ab. ad.bc.datur. Q m̄ & ipsius.d.ad.f.ratio datur.ac.per hoc quod sub.df.datur

¶ Theorema.xxv.propositio.xxv.

Si binæ rectae lineae positione datae sese inuicem secuerint :signum in quo sese inuicem dispescunt positiõe datur.

¶ Binæ inquā lineæ positione datæ ab.cd.sese inuicem secent in e.dico q; datum est.e.signum.Si autem nō intercidet.e.signum: intercidet igitur & unius ipsarum.ab.cd.positio: non intercidit autem.Datū igitur est signum.e.

¶ Theorema.xxvi.propositio.xxvi.

Si rectae lineae fines fuerit dati positione:datur ipsa recta linea positione & magnitudine.

¶ Rectæ siquidem lineæ.ab.fines.ab.dati sint positiõe.Dico q; ipsa.ab.positione & magnitudine datur.Si enim manente.a.itercidet ipsius.ab.rectæ lineæ aut positio;aut magnitudo.Intercidet &.b.signū: non intercidit autem.Datur igitur.ab.recta linea positione & magnitudine.

¶ Theorema.xxvii.propositio.xxvii.

Si rectae lineae positione & magnitudine datae vnum extremum datum fuerit:& alterum dabitur.

¶ Rectæ siquidem lineæ.ab.positiõe & magnitudine datæ unū extremum.a.datum sit.Dico q; &.b.datum est.Si enim manente.a.signo intercidit signū.b.icidit igitur & ipsius.ab.rectæ lineæ aut positio aut magnitudo non intercidit autem.Datum igitur est.b.signum:& centro.a. interuallo uero.ab.per tertium postulatum circunferentia describatur.cbd positione igitur est ipsa.cbd.positione autem & ipsa.ab.recta linea. Datum igitur est &.b.signum.

¶ Scholium.

¶ Siquidem enim.b.signum aut introrsum aut exterius intercidit igitur recta linea magnitudine data non est.si autem intercidit.aut supra aut infra nec positione data est igitur.



¶ Theorema.xxviii. propositio.xxviii.

Si per datum signum ad positione datam rectam lineam linea acta fuerit datur quae acta est positione.




¶ Per siquidem datum signum.a.ad positione datam rectam lineam.bc. recta linea agatur.dae.Dico q ipsa.dae.positione datur:si autem non manente signo.a.intercidit ipsius.dae.positio permanente.bc.parallelo. Intercidat: & esto.fag.parallelus igitur e.cb.ipsi.fag.sed.bc.ipsi.dac.est parallelus.& . dae. igitur ipsi.fag. parallelus est.Sed est coincidēs quod est absurdum.Ipsius igitur.dae.positio non intercidit.positione igitur est ipsa.dae.



¶ Theorema.xxix.propositio.xxix.

Si additione data recta linea fuerit:ad signumq̄ in ea datum recta linea acta fuerit.datum efficiens angulum: acta positione datur.




¶ Additiōe siquidem recta linea.ab.&ad signum ad eam datum c.recta excitetur linea.cd.angulum datum efficiens cum qui sub. bcd. Dico q ipsa.cd.est positione data.Si autem non manente signo.c.intercidit ipsius cd.positio seruās ipsius.bcd.anguli magnitudinem.Intercidat & sit.ce.aequus igitur est angulus qui sub.dcb.ei qui sub.ecb.minor maiori quod est absurdū Non intercidit ergo ipsius.dc.positio.positione igitur est ipsa.dc.




¶ Theorema.xxx.propositio.xxx.

Si a dato signo in positione datam rectam lineā.linea acta fuerit datum efficiens angulum acta positione datur.




¶ A dato enim signo.a.in positione datam rectam lineam.bc.recta agatur linea.ad.datum efficiens angulum sub.adc. Dico q positione est ipsa.ad.Si autem non manente.a.signo intercidit ipsius.ad.positio.seruans ipsius.adc.anguli magnitudinem:intercidat & esto.af.Aequus igitur est qui sub.adc.angulus ei qui sub.afc.maior minori:quod est alienū.Nō intercidit igitur ipsius.ad.positio.positione igitur est ipsa.ad.

¶ Aliter idem.




¶ Excitetur per.xxxi.primi elemētorum ab.a.signo ipsi.bdc.rectae lineae parallelus.eaf.Quoniam igitur per datum signum.a.ad positione datam rectā lineam.bdc.recta linea acta est.eaf igitur per.xxviii.propositionem ipsa.eaf. positione datur.& quoniam parallelus est.eaf.ipsi.bdc.& in eas incidit.da.aequalis igitur est per.xxix.primi elementorū angulus.ead.angulo.adc.Datus igitur est & qui sub.ead.Quoniam igitur additione data recta linea,eaf.& ad signum in ea datum.a.recta excitatur linea.ad.datum efficiens angulum: igitur per uigesimānonā propositionem positione est ipsa.ad.assumatur in ipsa bc.datum signum.e.& per.e.signum ipsi.ad.per trigesimāprimam primi elementorū parallelus excitetur.ef.qm̄ parallelus est.fe.ipsi.ad.& in eas icidit.bcd.



Aequus igitur est per.xxix.primi elementorum qui sub.fed.angulus ei qui sub.adc.Datus igitur est & qui sub.fec.Q uoniam igitur additiõe data recta linea.bc.& ad datũ in ea signũ.e.linea excitata est.ef.datum efficiens angulũ fec.igitur per.xxix.propositionem positione data est ipsa.ef.Q uoniam pdatum signũ.a.ad positione datam rectam lineam.dc.linea excitatur.ad igitur per.xxyiii.propositionem positione est ipsa.ad.


Aliter.

Assumatur in.bc.contingens signum.e.connectaturq;.ea.qm̃.a.signum datũ.ẽ.igit̃ p.xxyi.propo.ipsa.ae.positiõe data ẽ.positiõe aũt &.bc.Q m̃ enĩ utraq;ipsa℞.ae.bc.recta℞ linearum positiõe datur.Datur qui sub.aed.angulus magnitudine sicut in diffinitionibus:possumus enim eidem æquum exhibere.Datus igitur est qui sub.aed.angulus.est autem & qui sub.ade.angulus datus: & reliquus igitur qui.ead.datus est.Q uoniam igitur additione data recta linea.ea.& ad signum in ea.a.recta excitatur linea.ad.datũ efficiẽs angulum eum qui sub.aed.positione igit̃ est per.xxix.propositionem ipsa.ad.




Theorema.xxxi.propositio.xxxi.

Si a dato signo in positione datam rectam lineam:recta linea proiecta fuerit data magnitudine:datur etiã positiõe. A dato enim signo.a.in positione datam rectam lineam.bc.recta excitetur linea.da.data magnitudine,dico q; etiam positione datur.Cẽtro siquidem.a.interuallo uero.ad.per.iii.postulatu circulus describatur.edf.positione igitur est per.yi.diffinitionem ipse circulus.edf.Datur siquidem.a.centrum positione:& quæ ex centro.ad.magnitudine:positione autem &.bc.recta linea.Si uero binæ lineæ positione datæ sese inuicem secuerint:datur per.xxy.propositionem signum in quo se dispescunt positiõe.Est autem &.a.datum igitur per.xxyi.propositionem positione datur ipsa.ad.




Theorema.xxxii.propositio.xxxii.

Si in parallelas positione datas rectas lineas recta linea acta fuerit:datos efficiẽs ãgulos,acta magnitudie datur. In parallelas enĩ positione datas rectas lineas,ab.cd,recta agatur linea.ef.datos efficiens angulos sub.bef.& efd.Dico q; ipsa.ef.magnitudine datur.Assumatur enĩ in.cd.datum signum.g.&.per.g.ipsi.ef.per.xxxi.primi elementorum parallelus excitetur.gh.Q uoniam igitur parallelus est.gh.ipsi.fe.& in eas recta cecidit linea.cd.æquus ẽ igitur per.xxix.primi elementorum angulus.efd.angulo.hgd.Datus autem est qui sub.efd.datus igitur est & qui sub.hgd.Q uoniam igitur additiõe data recta linea.cd & ad in ea datum signum.g.recta linea excitatur.gh.datum efficiens angulum.hgf.Igitur per.xxix.propositionem ipsa.gh.positione datur.positiõe autem &.ab.Datum igitur est.h.signum est autem &.g.Data igitur est.gh.ma magnitudine per.xxyi.propositionem & ipsi.ef.est æqualis.Data igit̃ est.ef.magnitudine.



¶ Theorema.xxxiii propositio xxxiii.


SI in parallelos positione datas rectas leneas recta linea acta fuerit magnitudine data angulos efficiet datos.



¶ Si in parallelos enim positiõe datas rectas lineas.ab.cd.recta: linea excitetur.ef.magnitudine data.Dico q angulos datos effici et sub.bef.efd.assumatur enim in ipsa.ab.datum signũ.g.&.per.g.ipsi.ef.per. xxxi.primi ele.parallelus excitetur.gh.æqualis igitur est.ef.ipsi.gh.Data aũt est.ef.magnitudine.Data igitur est &.gh.Estq3.g.datũ.Centro igitur.g.inter uallo uero.gh.circulus descriptus erit positiõe.Describatur sitq3.khl.positio= ne igitur est circulus.khl.positiõe autem &.cd.datum igitur &.h.signum.est autem &.g.datũ positione igitur est ipsa.gh.per.xxyi.propositionẽ.positiõe aũt &.cd.Datus igitur est q sub.ghd.angulus & ei ẽ æquus q sub.efd.Datus igitur est & qui sub.efd.& reliquus igitur qui sub.feb.datus est.

¶ Aliter.


¶ Assumatur in cd.datũ signũ.g.ponaturq3 per.ii.primi ele.ipsi.ef.æqualis. gd.& centro qdem.g.spacio uero.gd.per.iii.postulatũ circulus describatur. db.positiõe igit̃ ẽ ipe bd.circulus.Dat̃ siqdẽ eius cẽtrũ positiõe & q̃ ex cẽtro magnitudine:positiõe aũt &.ab.Datũ igit̃ ẽ.b.signũ.ẽ autẽ &.g.datũ positiõe igit̃ ẽ ipa.bg.per.xxy i.pro põnẽ.positiõe aũt &.cd.Datus igit̃ est q sub.bgd angulus.Et si quidem paralleius ẽ.ef.ipsi.gb.erit & qui sub.efg.angulus datus quare & reliquus qui sub.feb.angulus datus est.Si aũt non cõcurrunt ipsæ. ef.bg.in.h.Q m̃ æq̃lis est.ef.ipsi.dg.hoc est ipsi.gb.& parallelus ẽ.eb.ipi.fg. æqualis igitur est.fh.ipsi.hg.Q uare & angulus qui sub.hgf.ei qui sub.hfg.ẽ æqualis.Datus aũt qui sub.hgf.Datus igitur & qui sub.gfh.quare & conse= quens qui sub.gfe.datus est & reliquus qui.feb.datus est.



in.bc.perpendicularis.ae.Et quoniam recta quædam linea secatur in æqualia in.e.& in inæqualia in.d.Igitur per.ix.secundi elemētorum quod sub.cdb.una cum eo quod ex.de.ei est æquum quod ex.bc.cōmune apponatur qd' ex.ae. igitur quod sub.cdb.una cū eo quod sub.ae.ed.æquum est ei quod ex.ae.eb. æquum est autem eis quæ ex.ae.ed.id quod ex ad.Quod igitur sub.cdb.una cum eo quod ex.ad.eis est æquū quod ex.adb.& eis q̄ ex.adb.id quod ex.ab. est æquum:qd' autem sub.cdb.una cū eo quod ex.ad.ei quod ex.ab.

¶ Scholium in secundam demonstrationem.

¶ Quoniam aūt quod sub.af.cd.trianguli duplum sit sic demonstrabimus excitetur per.a.ipsi.cd.parallelus per.xxxi.elementorum.ipsa.ag.& per eandem ipsi.af.per.g.parallelus excitetur.gh.Bina igit' sunt parallelogrāma ipsa ah.ad.supponitur autem.ac.ipsi.dg.parallelus super eadem basi.ag.existentes & in eisdem parallelis.ag.ch.parallelogrammum igitur.ah.per.xxxv.primi elemētorum ipsi.ad.parallelogrammo æquum est:& quoniam quod sub. af.ag.est.ipsum.ah.æqualis autem est.ag.ipsi.cd.& quod igitur sub.af.cfd.ē quod.ah.Duplum autem est.ah.ipsius.acd.trianguli per.xli.primi elemēto. quoniā &.ad.Quod igitur sub.af.cd.duplum est ipsius.acd.trianguli.



¶ Item scholium.

¶ Si enim efficiemus in rectas lineas.da.ipsi.ac.sicut.dac.& per.d.ipsi.dc.p undecimā primi elemētorum ad angulos rectos excitemus.db.Manifestum q manente quidem æquali.da.ipsi.dc.ipsa autem.dc.ipsi.ac.ipsa.uero.ba.ipsi da.manifestum erit quod dictum est.Quoniam enim sicut se habent bases: sic & parallelogramma sub eodem fastigio existentia.

¶ Super tertia demonstratione scholium.



¶ Esto recta linea.de.& ipsi quidem.de.ponatur.da.ipsi autem.ac.ipsa.ac. & ab ipso.a.ipsi.dc.per undecimā primi elementorum ad angulos excitetur rectos.ab.& ipsi.ab.æqualis esto.dc.Quoniam igitur ipsius.dac.ad.ca.ratio data est.sicut autem.dac.ad.ca.sic quod sub.dac.ab.ad id quod sub.ca.ab.& eius quod sub.dac.ab.ad idquod sub.ca.ab.igitur ratio est data.est autem & eius quod sub.ca.ab.ad.ad abc.triangulū ratio data per.lxvi.theorema:& qd sub.dac.ab.igitur ad id quod ex.abc.triāgulū ratio est data p.viii. theorema.

¶ Super eadem ubi agitur de angulo obtuso.




¶ Si enim per.c.ipsi.eb.per.xxxi.primi elementorum agamus parallelos:& per eandem per.ab.ipsi.ec.agamus parallelos:manifestum enimq quod sub ec.ab.est ipsum.ab.&.ao.ipsius.abc.trianguli duplum est:ac per hoc &.abc triangululum ratiōem datam habet si enim per.c.ipsi.eb.& per.ab.ipsi.ec: per eandem parallelos agamus manifestum igitur:quæ enim ex.a.ipsi.ec.ē æqualis.sicut in superiori scholio habetur.

¶ Super quarta demonstratione.lxvii.

¶ Quoniam autem ipsam.dec.ipsi.adc.æqualem constituere possumus:seorsum ab apollonio sic demōstrabimus.quoniam enim angulus.acd.æquus

est angulo.adc.maior est qui sub.bcd.eo qui sub.adc.ponatur inq̄ ipsi.bcd. æquusangulus qui sub.bdc.& extendatur.bc.est autē angulus qui ad.b.cōmunis & ipsius.dbc.& ipsius.db.trianguli.Reliquus ergo qui sub.bdc.reliquo qui sub.dec.est æqualis.Quoniam autem uniuersaliter sit possibile a dato signo sicut.a.in datam rectam lineam.bc.deducere rectam lineam æquum efficientem angulum dato angulo.def.sic ostēdemus.Angulus enim.def.aut est rectus:aut accutus:aut obtusus.Siquidem igitur rectus est:manifestum ago enim ab ipso.a. per pendicularem.ag.æquus igitur est angulus.e. ipsi.g. Sed iam esto angulus def.accutus.exciteturq; per.xii.primi elementorum ab ipso.d.i.ef.perpendicularis.dh.ab.ipso aūt.a.in.bc.ipsa.ag.constituaturque ad ipsam.ag.rectam lineam ad signumq; in ea.a.ipsi.edh.per.xxiii.primi elementorum:æquus angulus.gak.Reliquus igitur qui sub.def. ei est æquus q sub.akg.Sed iam esto obtusus angulus qui sub.def.extensa igitur.de.in.l. accutus igitur qui sub.fel.perpendicularis excitetur per.xii.primi elementorū. dl.& ipsi.ldc.æqualis ponatur.gak.Si igitur qui sub.del.ei ē æquus qui sub. akg.Quare & ex consequenti qui sub.def.ei qui sub.akb.est æqualis.



Theorema.lxviii. propositio.lxviii.



Si bina aequiangula parallelogramma adinuicē rationem datam habuerint:& vnum latus ad vnum latus rationem habuerit datam:& reliquum latus:ad reliquum latus rationem habebit datam.

Bina siquidem parallelogramma.ab.cd.adinuicem rationem habeāt datam:habeat autem & unum latus ad unum latus rationem datam:sit autem ipsius.be.ad. fd.ratio data.Dico q; ipsius ae.ad.fc.ratio est data comparetur enim ad ipsam.eb.parallelogrammum æquum ipsi.cd.sitq; per.xxv.sexti elementorum.eg.ponaturq; ut.ae.ipsi.eh.sit.in rectas lineas.in rectas igitur lineas est.kb.ipsi.bg.Quoniam igitur ipsius.ab.ad.cd.ratio est data.æquum est autem.cd.ipsi.eg.Ratio igitur ipsius.ab.ad.eg.est data:quare & ipsius.ae ad.eh.ratio est data.Et quoniam æquum est.eg.ipsi.cd.est autem & æquiangulum.Igitur per.xiiii.vi.elementorum latera quæ circū æquos angulos sunt reciproca.est igitur sicut.eb.ad.fd.sic est.cf.ad.eh.Ratio autem ipsius.eb.ad fd.data:& ipsius igitur.cf.ad.eh.ratio est data ipsius autem.eh ad.ae.ratio est data & ipsius igitur.ae.ad.cf.ratio est data.



Aliter.

Exponatur data recta linea.k.& quoniam ratio ipsius.a.ad.b.data est.eadem eidem fiat quæ ipsius.k.ad.l.Ratio autem ipsius.a.ad.b.data.&ipsius igitur.k.ad.l.ratio est data.Data autem est.k.data igitur &.l.per conuersionem primæ diffinitionis.Rursus quoniam ipsius.cd.ad.ef.ratio est.data eadem eidem fiat quæ ipsius.k.ad.m.Igitur ratio ipsius.k.ad.m.data est. Data autem &.k.data igitur &.m.est autem & .l.data.Ratio igit & ipsius.l.ad.m.data ē & quoniam æquiangulum est.a.ipsi.b.igitur.a.ad.b.rationem habet ex lateribus composi tam:per .xxiii.sexti elementorum:hoc est ex ea ratione quam

habet.cd.ad.ef.& hc.ad.eg. Sed.& k.ad.l.ratione habet cōpositā ex ea quam habet.k.ad.m.& m.ad.l. Ratio igitur compositā ex ea quam habet.cd.ad.ef. & hc.ad.ge.eadem est compositæ rationi ex ea quā habet.k.ad.m.& m.ad.l. Quarum ipsius.cd.ad.ef.ratio eadem est ei quæ est ipsius.k.ad.m.rationi reliqua ergo quæ ipsius.hc.ad.ge.ratio eadem est ei quæ est ipsius.m.ad.l.ipsius aūt.m.ad.l.rō est data. Igitur & ipsius.hc.ad.eg.ratio est data.


¶ Scholium.

¶ Si fuerint binæ rectæ lineæ: assumaturq; quǣ una recta linea: una priorū ad alteram rationem habet cōpositam ex ea quā habet prima ad extrinsecus utcunq; sumptam: & quam assumpta ad alteram.

¶ Theorema.lxix. propositio.lxix.



Si bina parallelogramma datos angulos habuerint: habuerit autem & adinuicem ratione datam: vnūq; latus vni lateri ratiōem habuerit datam: & reliquum latus ad reliquum latus rationem datam habebit.



¶ Bina siquidem parallelogrāma.ab.ge.datos habentia angulos: eos qui ad df.adinuicem rationem datam habeant. Ipsius autem.db.ad.fg.ratio sit data. Dico q; & ipsius.ad.ad.ef.rō data est. Siquidem igitur æquiangulū est.ab.parallelogrāmum ipsi.eg.parallelogrāmo.manifestum est. Si autem non. Constituatur per.xxiii.primi elementorum ad ipsam.db.ad.signumq; in ea.d.ei q sub.efg.æqualis angulus.bdk. Compleaturq;.dl.parallelogrāmum. Quoniā uterq; ipsorū.dac.akh.angulorum datus est: & reliquus igitur qui sub.adk. datus est Datur igitur triangulum.adk.specie. Igit̄ ipsius.ad.ad.dk.ratio data est. Et quoniam ipsius.de.ad.fh.ratio est data. supponitur enim & est æquū de.ipsi.dl.per.xxxv.primi elementorum. Ratio igitur ipsius.dl.ad.fh.data est. Et æquiangulum est.dl.ipsi.fh.& ratio ipsius.dl.ad.fh.data est. Estq; ipsius.dl.ad.eg.ratio data: & insuper ipsius.db.ad.fg.id enim est receptum. Ratio igitur & ipsius.dk.ad.ef.data est: & ipsius.dk.ad da.ratio est data: & ipsius igitur.ad.ad.ef.ratio est data.

¶ Scholium.

¶ In uniuersum enim si parallelogrāmi unus angulus datus fuerit: & reliqui dati erūt: enī uno dato necessario & consequētes dabunt̄: qre & e conuerso.

¶ Theorema.lxx. propositio.lxx.



Si binorum parallelogrammorumquae circum aequales angulos: vel inaequales datos tamen latera adinuicem rationem datam habuerint: & ipsa parallelogramma adinuicem rationem datam habebunt.





¶ Binorum siquidem parallelogrāmorum.ab.eg.quæ circū angulos q ad. fc.aut æquos aut inæquales.datos tamen latera adinuicem rationem habeant datam: hoc est sit ratio ipsius quidem.ac.ad.ef.data itidemq; ipsius.bc.ad.fg. Dico q; & ipsius.cd.ad.fh.ratio est data. esto enim æquiangulum.cd.ipsi.fh. Cōpareturq; p.xxv.sexti elementorum ad.cb.rectam lineam ipsi.fh.paralle

logrãmo æquum parallelogrammum.cm.ponaturq; ut.ac.ipi.cn.sic in rectã lineam.Igitur &.db.ipsi.bm.erit in rectam lineam.Et æquum est.bn.ipsi.fh. est autem & æquiangulum.Igitur per.xiiii.yi.elementorum ipsorum.bn.hf. latera quæ circum æquos angulos sunt reciproca.Est igitur.cb.ad.fg.sic.fe.ad cn.Ratio autem ipsius.cb.ad.fg.data est.Ratio igitur & ipsius.cf.ad.cn.data est.ipsius autem.cf.ad.ac.ratio est data:& ipsius igitur.ac.ad.cn ratio ẽ data: Quare & ipsius.cd.ad.cm.ratio est data.est autem .cm.ipsi.fh.æquale.Ratio igitur & ipsius.cd.ad.eg.data.Non sit iam æquiangulum.ab.ipsi.fh. Cõstruaturq; per.xxiii.primi elemẽtorum ad ipsã.bc.recta linea.ad signumq; in ea. c.ei qui sub.efg.angulo æqualis angulus.bck.compleaturq; parallelogrãmũ cl.Et quoniam angulus.acb.datus est.& reliquus igitur qui sub.akc. datus ẽ. est autem & qui sub.cak.datus: & reliquus igitur qui sub.akc.datus est.Dat ergo triangulum.ack.specie.Ratio igitur ipsius.ac.ad.ck.data est:ipsius autẽ ac.ad.cf.ratio est data.ipsius autem.ac.ad.cf.ratio est data & ipsius.ck.igitur ad.cf.rõ est data.est autem & ipsius .cb.ad. fg.ratio data.æquum autem est cl.ipsi.cd.Ratio igitur ipsius.cd.ad.fh.data est.


¶ Scholium.

¶ Nam quoniam æquiangulum est.ab.ipsi.eg:æqualis est qui sub.acb.ei q ad.g.& qui ad.f.exterior interiori: & alius igitur ad.g.ei qui ad.f.est æqualis: similiter quoq; & alii.acb.in rectum igitur est.db.ipsi.bm.Quoniã eni paral lelus est.ag.ipsi.dm.anguli qui sub.dbc.bcn.inuicem sunt æquales. Rursus quoniam parallelus est.mb.ipsi.ac.qui sub.mbc.acb.sunt inuicem æquales. qui sub.acb.bcn.eis qui sub.dbc.cbl.sunt æquales.Recti enim duo:qui sub. acb.bcn.& qui sub.dbc.cbm. Si autem ad aliquam rectã lineam & ad signũ & quæ sequuntur ut in.xxiii.primi elementorum:

¶ Theorema.lxxi.propositio lxxi.

Si binorum triangulorum quae circum aequos angulos: vel inaequales:datos tamen.latera rationẽ habuerint datam:t eadẽ triãgula adinuicẽ rationem datam habebunt.


¶ Duorum inq̃ triangulorum.abc.&.dch.quæ circum æquos angulos.ad aut inæquales datos tamen:latera adinuicem rationem habeant datã.Sitq; ipsius.ba.ad.de.ratio data:& ipsius.ac.ad.dh.Dico q & ipius.abc. trianguli.ad.deh.triangulum ratio est data.Compleantur enim.ag.df.parallelogramma.quoniam igitur binorum parallelogrãmorum.ag.df.quæ circũ æquos angulos:uel inæquales datos tamen.eos qui ad.ad.latera adinuicem rationem habent datam:parallelogramma per præcedentem rationem datã habebunt.Ratio igitur ipsi us.ag.ad.df.data est.ipsius autem.ag.dimidium ẽ per cõuersionẽ.xli.primi ele.triangulum.abc.ipsius aũt.df.per eandem ipm: dch.Rõ igitur.abc.trianguli ad.dch.triangulum data est.



¶ Theorema.lxxii.propositio.lxxii.

Si duorum triangulorum bases in data ratione fuerint: t quae in ipsas ductae ab angulis aut aequos aut inaequa-

les angulos efficientes:datos tamen:eos ad qui basim:adinuicē rōnem habuerint datā:& eadē triangula adinuicem rōnē datam hēbūt




Sint bina triangula.abc.def.excitenturq;.ag.dh.aut æquos angulos efficientes.agc.dhf.uel inæquales:datos tamen.Estoq; ratio ipsius quidem.bc.ad.ef.data.ipsius autem.ag.ad.dh.itidem data. Dico q; & ipsius.abc trianguli ad.def.triangulum ratio data est.Compleantur enim ipsa.kc.lf.parallelogrāma:& quoniam anguli.agc.dhf.aut æquales:aut inquales sunt:dati tamen:æqualis autem est angulus.agc.angulo.kbc.& qui sub.dhf.ei qui sub.lef.Et qui ad.be.igitur anguli aut æquales aut inæquales sunt:tamen dati.Et quoniā ratio ipsius.ag.ad.dh.data est æqualis autem est.ag.ipsi.kb.&.dh.ipsi.le .Ratio igitur ipsius.kb.ad.le.data est.est autem & ipsius.bc.ad.ef:ratio data & q ad.be signa anguli aut æquales:aut inæquales sunt dati tamen.Et ipsius igitur ck.parallelogrammi ad.lf.parallelogrāmum ratio est data.Quare & ipsius.abc.trianguli ad.def.triangulum ratio est data.

Theorema.lxxiii.propositio.lxxiii.



Si binorum parallelogrāmorum quae circum aequos aut inaequales angulos:datos tamen:latera sic se habuerint sicut latus ad aliquid aliud:habuerit autem & reliquū primi latus ad idem rationem datam & ipsa parallelogrāma adinuicem rationem datam habebunt.

Binorum inq̄ parallelogrāmorum.ab.eg.quæ circū æquales aut inæquales angulos:datos tamen.eos qui ad.cf.latera sic adinuicem se habeant:ut sit sicut.cb.ad.fg sic.ef.ad.ck.Ipsius autē.ac.ad.ck ratio esto data.Dico q; & ipsius.cd.parallelogrāmi ad.eg.parallelogrāmum ratio est data.Sit enim prius.ab.ipsi.eg.æquiangulum.comparēturq; per.xxv.yi.elementorum ad ipsam cb.rectam lineam ipsi.eg.parallelogrāmo æquum.ch.ponaturq; ut.ac.ipsi.ck.sit in rectam lineam.In rectam igitur est lineam &.db.ipsi.bh & quoniā ch.ipsi.eg.est æquale est autem & æquiangulum.ch.ipsi.eg.Ipsorum igitur ch.eg.latera quæ circum æquales angulos per.xiiii.yi.elementorum sunt reciproca est igitur sicut.bc.ad.fg.sic.est.fe.ad.ck.Sicut autem .cb.ad.fg.sic.ef.ad quam.ac.rationem habet datam.At.ac.uerbi gratia.ad.d.aut ad quampiā aliam rationem hēt datā.Ratio igitur ipsius.ac.ad.ck.est data.Quare & ipsius.ab.ad.ch. hoc ē.eg.ratio data est. Non sit autem æquiangulum.Constituaturq; p.xxiii.primi elementorom ad ipsam.cb.rectam lineam.ad signaq; ad ipsam.c.ei qui sub.efg.angulo.æquus angulus qui sub.bcl. compleaturq; cm.parallelogrāmum. Quoniam uterq; qui sub.acb.lcb.angulorum datus est:& reliquus igiturq; sub.acl.est datus.Datur autem & qui sub.cal.& reliquus ergo qui.sub.cla.datur.Quare triangulum.acl.specie datur.Ratio igit ipsius.ac.ad.cl.data est.Et quoniam est sicut bc.ad.fg.sic est.ef.ad quam ipsa ac.rationem habet datam.Ipsius.autem.ac.ad.cl.ratio est data est igitur sicut cb.ad.fg.sic.fe.ad.cl.Estq; æq̄lis angulus.lcm. angulo.efg.Ratio igitur ipsius.cm.parallelogrammi.ad.eg.parallelogrammum data est. Aequum autē est.




cm.ipsi.cd. Ratio igitur ipsius.cd.ad.hg.data est.

¶ Theorema.lxxiiii.propositio.lxxiiii.

Si bina parallelogramma rationem adinuicem datam habuerint: aut in angulis aequalibus: aut inaequalibus datis tamē: erit. sicut primi latus ad secundi latus: sic alterū secūdi latus ad quod reliquū primi rationē habet datam.


¶ Bina siquidem parallelogrāma.ab.eg.adinuicem rationem habeant datā aut in æqualibus aut in inæqlibus angulis datis tamen eis qui ad.c.f. Dico q̄ ē sicut.cb.ad.fg.sic.est.ef.ad.quod.ac. rationem habet datam. Ipsum inq̄.ab. ipsi.eg.aut est æquiangulum aut non. Sit prius æquianlum: compareturq̄ ad rectam lineam.cb.ipsi.eg.parallelogrāmo per.xxv.sexti elemētorū æquū parallelogrāmum.ch.ponaturq̄ ut.ac.ipsi ck.sit in rectam lineam. In rectam igitur est lineam.db.ipsi.bh.& quoniam ipsius.ab.ad.eg.ratio est data.æquū autem est.eg.ipsi.ch.ratio igitur ipsius ab.ad.ch.data est: quare & ipsius.ac. ad.ck.ratio est data. Et quoniam æquum est.ch.ipsi.eg.est autem & æquiangulum. Ipsorum igitur.ch.eg.per.xiiii.sexti elementorum latera quæ circum æquos angulos sunt reciproca. Est igitur sicut.cb.ad.fg.sic.ef.ad quod.ac.rationem datam habet. Non sit autem æquiangulum constituaturq̄ per.xxv. primi elementorum ad ipam.cb.rectam lineam ad signumq̄ in ea.c.ei q sub efg.angulo: æqualis angulus.lcb. Compleatur q̄.cm.parallelogrāmum. Quoniam igitur ipsius.cm.ad.eg.ratio est data.æquum est autem. cd.ipsi.cm. Ratio igitur ipsius.cm.ad.eg.data ē.est autem angulus.lcb.angulo.efg. æqualis est igitur sicut.bc.ad.fg.sic.ef.ad.quod.cl.rationem habet datam. ipsius autem.ca.ad.cl.ratio est data: est igitur sicut.cb.ad.fg.sic.ef. ad quod.ac. rationē habet datam.



¶ Theorema.lxxv.propositio.lxxv.

Si bina triangula adinuicem rationem habuerit datā: aut in aequalibus angulis aut in inaequalibus: datis tamen. erit sicut primi latus ad secundi latus. sic alterum secundi latus ad quod reliquum primi rationem habet datam.

¶ Sint bina trianguli.abc.def.adinuicem rationem datam habētia: sintq̄ anguli qui ad.ad.aut æquales aut inæquales: dati tamen. Dico q̄ est sicut.ab.ad. de.sic est.df.ad quod.ac.rationem habet datam. Compleantur enim.ag.dh. parallelogrāma: & quoniam trianguli.abc.ad.def.triangulum ratio est data: Ratio igitur & ipsius.ag.parallelogrāmi ad.dh. parallegrammum data est. Quoniam igitur bina parallelogramma.ag.dh.adinuicem ratiōem habēt datam aut in æqualibus: aut in inæqualibus angulis datis tamen. Est igitur p p̄cedentem sicut.ab.ad.de.sic.df.ad.quod.ac.rationem habet datam.



¶ Theorema.lxxvi.propositio.lxxvi.

Si a vertice triāguli specie dati in basim perpēdicularis acta fuerit. acta ad basim rationem habet datam.

¶ Sit specie datum triāgulum.abc.excitetur q̄ ab.ipso.a.in.bc.p



pendicularis.ad.Dico q ratio ipsius ad.ad.bc.data est.Quoniam enim triangulũ.abc.datum est specie:datus igitur est & qui sub.abd.angulus est autẽ & qui sub.bda.datus & reliquus igitur qui sub.bad.datus est.datur ergo triãgulum.abd.specie.Ratio igitur ipsius.ab.ad.bc. data est:& ipsius igitur.ad.ad.cb.ratio est data.

Theorema.lxxvii.propositio.lxxvii.



Si binae species specie datae adinuicem rationem datam habuerint:et vnumquoduis vnius latus speciei ad quouis alterius rationem datam habebit.

Binæ inq̃ species.abc.def.specie datæ adinuicem rationem habeant datam.Dico q & unum quod uis latus ipsius.abc.ad unum quoduis latus ipsius.def.rationem habet datam.Describantur per.xlvi.primi elementorum ex.bc.ef.quadrata.bn.eh.Quouiam ab eadem recta linea.bc.binæ species describuntur quæ utcunq specie sunt datæ scilicet.abc.&.bn.Igitur per xlix.propositionem ratio ipsius.abc.ad.bn.data est.Idq ppterea iam rursus & ipsius.def.ad.eg ratio est data.Quoniam igitur ipsius.abc.ad.def.rõ ẽ data:sed ipsius q̃dẽ.abc.ad.bn.rõ est data:quare & ipsius.bc.ad.ef.rõ est da.




Theorema.lxxviii.propositio.lxxviii.




Si data species ad rectangulum aliquod rationem habuerit datam:et vnum latus ad vnum latus rationem hũerit datam:datur rectangulum specie.

Data enim species afb.ad rectangulum:ed rationem habeat datam:sitq ipsius.fb.ad.ed ratio data.Dico q ed.specie datur.Describatur per.xlvi.primi elementorum ex.fb quadratum.fg.Cõpareturq per.xxv.sexti elementorum ad ipsam ed.ipsi.fg.æquum parallelogrãmum.ek.ponaturq ut.ce.ipsi.ch.sit in rectam lineam in rectam igitur lineam est &.md.ipsi.dk. Et quoniam ab eadem recta lenea.fb.bina rectilinea quæ utcunq specie data sunt describunt.afb.fg.Ratio igitur ipius.afb.ad.fg.per.xlix. propositionem data est.Ipsius aũt.afb.ad.ed.ratio est data:& ipsius ergo.fg ad.ed.ratio ẽ data.Sed.fh.ipsi.ek.est æquale:& ipsius.ed.ergo ad.ek ratio est data .Quare & ipsius.ce.ad.ch.ratio est data.Et.quoniam.fg.ipsi.ek.æquum & æquiãgulũ ẽ. est autem & rectangulum.Igitur.per.xiiii.sexti elementorum ipsorum latera reciproca sũt.estq sicut.fb.ad.ed.sic.ch.ad fl.Ratio autẽ ipius.fb.ad.ed.supponitur data.Ratio igitur & ipsius.ch.ad.fl.data est.Ipsius autem.ch.ad.ce. ratio est data.& ipsius ergo.ce.ad fl.ratio est data æqualis autem est.fl.ipsi.fb. quadrati enim.Ipsius ergo.lf.ad.ed.ratio est data.cõponatur enim & ipsius igitur.ce.ad.ed.rõ est data:& angulus qui ad.e.rectus ẽ.Daẽ ergo.ed.specie.



Theorema .lxxix.propositio.lxxix.



Si bina triangula vnum angulum vni angulo aequalem habuerint:et ab aequalibus ãgulis in bases perpendiculares rectae lineae actae fuerint:fuerit autem sicut primi triãguli basis ad perpẽdicularẽ:sic alterius trianguli bases ad per

pendicularem: aequiangula erunt ipsa triangula.


¶ Sint bina triangula.abc.hfg.aequos habentia angulos qui ad.fb.excitetur q per.xii.primi ele.ab ipis.fb.perpēdiculares.bd.fk.sit autem sicut.ac.ad.bd sic.gh.ad.fk.Dico q.aequiāgulū est.abc.triangulum ipsi.hfg.triangulo.Describatur per.y.quarti elementorum circum triangulum.fgh.circulus: cuius segmentum sit.hfg.Constituaturq; per.xxiii.primi elementorū ad ipam.hg. rectam lineam ad signumq; in ea.h.ei qui sub.bac.angulo aequus angulus qui sub.ghl.Connectanturq; ipsae.fl.lg.exciteturq; per.xii.primi elementoꝝ perpendicularis.lm.Et quoniam angulus.bad.angulo.lhg.ē aequalis: & qui sub.hlg.ei qui sub.abc.& reliquus igitur qui sub.bca.reliquo qui sub.hgl.ē aequalis.Simile igitur est triangulum.bca ipsi.hlg.triangulo & perpendiculares ductae sunt.bd.lm.est igit̄ sicut.ac.ad.bd.sic.hg.ad.lm.p .lxxyi.ppositionem.Erat autem sicut.ac.ad.bd.sic.hg.ad.fk.supponitur enim.Et sicut igitur per.xi.y.elementorum.hg.ad.ml.Sic.hg.ad.fk.aequalis igitur est.fk.ipsi. lm.est autem & parall.lus & .fl.ipsi.hg.est.aequalis & parallelus. Aequalis igitur est angulus.flh.ipsi.lhg.angulo.Sed qui sub.lhg.ipsi.bac.ē aequalis qui uero sub.flh.ipsi.fgh.est aequalis.Et qui sub.bac.igitur ei qui sub.fgh.est aeq̄lis.est autē & qui sub.abc.ei qui sub.fhg.aequalis.Reliquus igit̄ qui sub.bca reliquo q sub.fhg.ē aeq̄lis.aeqangulū igit̄ ē.abc.triangulū ipi.fhg.triangulo.



¶ Theorema.lxxx. propositio.lxxx.


Si triangulum vnum habuerit angulum datū: & quod sub datum angulum comprehendentibus rectis lineis: ad id quod ex reliquo latere quadratum rationem habuerit datam: datur triangulum specie.

¶ Ego triangulū.abc.datum habens angulum qui ad.a.& quod sub.bac. ad id quod ex.bc.rationem hēat datam.Dico q. ipsum.abc.triangulum specie datur.excitentur enim per.xii.primi elementorū ab ipis.ab.in ipsas.bc.ca. perpendiculares.bd.ac.Q uoniā igitur angulus.bad.datus est.est autē & qui sub.adb.datus.Datur ergo triangulum.adb.specie: ratio igitur ipsius.ab.ad. bd.data est.quare & eius quod sub.ac.bd.ratio est data.Ei autē quod sub.ac. bd.aequum est id quod sub.bc.ac.utrunq; enim eorum ipsius.a bc.trianguli duplum est.Ratio igitur & eius quod sub.bac.ad.id quod sub.bc.ac.data est. Eius autē quod sub.bac.ad id quod ex.bc.ratio est data: & eius quod sub.bc. ac.igitur ad id quod ex.bc.ratio est data: & ipsius.bc.ad.ac.ratio ē data.exponatur positione & magnitudine data recta linea.fg.Describaturq; super ipsa fg.segmentum.fhg.per.xxxiii.iii.ele.datum habens angulum aequū ipi.bac. Datus autem est qui sub.bac.angulus: datus igitur & qui in.fhg.segmēto angulus.positione igitur est segmentū.fhg.excitetur per.xi.primi ele.ab ipō.g. ipsi.fg.ad angulos rectos.gk.positiōe igitur est.gk.fiatq; sicut.bc.ad.ae.sic. fg.ad.gk.Rō aūt ipsius.bc.ad.ae.data est.Rō igit̄ & ipsius.fg.ad.gk.data ē. Data aūt est.fg.data igitur & .gk.sed & positione.estq; datū ipsum.g.datum igitur & .k.excitet̄ p.xxxi.primi ele.p.ipsum.k: ipsi.fg.pallelus.kh. positiōe



igitur est.kh.positione aūt ipm.fhg.Datum igitur est signum.h.Connectaē fh.hg.excitetur per.xii.primi ele.ppendicularis.hl.Data igitur est.hl.ē autem &.h.signum datū.Et utrunq; ipsorū.fg.Datur igitur unaq̄q; ipsarū.hf.fg.gh.positione:& magnitudine datur ergo.fhg.triangulū specie.Et qm̄ ē sicut bc.ad.ae.sic.fg.ad.gk.æqualis aūt est.gk.ipsi.hl.est igiē sicut.bc.ad.ae.sic.fg ad.hl.estq; æqualis angulus.bac.angulo.fhg.æquiangulum igitur est per precedentem.abc.triangulum ipsi.hfg.triangulo.Datur autem.hfg.triangulū specie:datur igitur &.abc.triangulum specie.


¶ Aliter.



¶ Sit triangulum.abc.datum habens angulum qui ad.a.sit aūt eius qd' sub.ba.ac.ad.id quod ex.cb.ratio data.Dico q triangulum.abc.specie datur. Nā quoniā angulus.bac.datus est:qua igitur maius ē quod ex utroq; ipsius.bac.eo quod ex.bc.ea area ad.bac.triangulum rationem habet datā:qua autem ē maius quod ex utroq; ipsius.bac.eo quod ex.bc.sit area.d.Ratio igitur ipsius d.areæ ad.abc.triangulum data est.Ipsius aūt.abc.ad.id quod sub.bac.rō est data.eo quia angulus qui sub.bac.datus est.Et ipsius igiē.d.areæ ad id quod sub.bac.ratio est data.Eius autem quod sub.bac.ad id quod ex.bc ratio ē data:& ipsius igitur.d.ad id quod ex.bc.ratio est data:& cōponendo igitur per xviii.quinti elemē.ipsius.d.areæ una cum eo quod ex.bc.ad id quod ex.bc.rō est data.Sed area.d.una cum ea quæ ex.bc.est id quod ex utraq;.bac.Rō enī eius quod ex utraq;.bac.ad id quod ex.bc.data est quare & utriusq;.bac.ad bc.rō data ē.estq; angulus qui sub.bac.datus:daē igiē triāgulū.abc.specie.

¶ Theorema.lxxxi.propositio.lxxxi.

Si tres rectae lineae proportionales:existentes tribus rectis lineis proportionalibus existentibus:extremas in ratione data habuerint:& medias in data ratione habebunt & si extrema ad extremā rōnē datā habuerit:& media ad mediam:& reliqua ad reliquā extremam rōnem datam habebit.




¶ Tres inq̄ rectæ lineæ proportiōales existētes.a.b.c.tribus rectis lineis proportionalibus existentibus.def.extremas in data ratione habeāt:sitq; ipsius quidem.a.ad.d.ratio data.ipsius autem.c.ad.f.ratio quoq; data.Dico q ipius.b.ad.ratio est data:nam quoniam ipsius.a.ad.d.ratio quidem datā ē.ipsius autem.c.ad.f.ratio quoq; est data.Ratio igitur eius quod sub.ac.ad id quod sub df.data est.Sed ei quidem quod sub.ac.æquum est quod ex.b.per.xvii.vi.elemē.ei autem quod sub.df.per eādem:æquum est id qd' ex.e.rō igitur eius quod ex.b.ad.id quod ex.e.data est.quare & ipsius.b.ad.e.ratio data est.Esto iam rursus ipsius qdē.a.ad.d.rō data:ipsiusq;.b.ad.e.ratio data.Dico q & ipsius.c.ad.f.rō est data.Nam qm̄ ratio ipsius.a.ad.d.est data ipsius autē.b.ad.e.rō est data:rō quoq; eius quod ex.b.ad id quod ex.e.data.Sed ei quidem qd' ex.b.æquum est id quod ex.ac.per.xvii.sexti elementorum.Ei autem quod ex.e.per eandem æquum est id quod sub.df.ratio igitur eius quod sub.ac.ad id quod sub.df.est data:& unius lateris.a.ad.unum latus.d.ratio est

data:& reliqui igitur.c.ad reliquum.f.ratio est data.

ℭ Theorema.lxxxii. propositio.lxxxii.




Si quattuor rectae lineae proportionales fuerint: erit sicut prima ad quam secunda rationem habet datam: sic tertia ad quam quarta rationem habet datam.




ℭ Sit quattuor rectæ lieneæ proportionales.a.b.c.d.sicut.a.ad.b sic.c.ad.d.Dico q est sicut.a.ad quã.b.ratiõem habet datam.Sic.c.ad. quam.d.rõnẽ hẽt datã esto enĩ ad quã.b.rõnẽ hẽt datã.e.fiatq; sicut.b.ad.e.sic.d.ad f.Rõ atũ ipsius.b.ad.e.data:rõ igit ipsius.d.ad.f.data.Et qm est sicut.a.ad.b. sic.c.ad.d.Est autem & sicut.b.ad.e.sic.d.ad.f.ex æquali igitur per.xxii.y.elementorum: sicut.a.ad.e.sic.c.ad.f.Estq;.e.ad quam.b.rationem habet datam &.f.ad quam.d.est igitur sicut.a.ad quam.b.rationem habet datam.sic.c.ad quam.d.rationem habet datam.

ℭ Theorema.lxxxiii. propositio.lxxxiii.




Si quattuor rectae lineae sic se adinuicem habuerint: sicut tribus assumptis ex ipsis quomodocunq;: & quarta eisdẽ proportionali assumpta ad quã reliqua earũ quae in principio quattuor linerum rectarum rationem habet datam proportiõales gigni ipsas quattuor rectas lineas: erit sicut quarta ad tertiam.sic secunda ad quam prima rationem habet datam.



ℭ Sint quattuor rectæ lineæ.a.b.c.d.sic.se.habentes adinuicem: ut tribus ex ipsis quomodocunq; assumptis:& quarta eisdem hoc est.e.ad.quam.d.rationem habet datam proportionales fieri ipsas.abce.rectas lineas.Dico q est sicut.d.ad.c.sic.b.ad.quam.a.rationem habet datam.Nam quoniam est sicut: a.ad.b.sic.c.ad.e.Q uod igitur sub.ae.ei est æquum quod sub.bc.per.xvi.yi. elementorum.Et quoniam ratio ipsius.e.ad.d.data est.Ratio igitur ipsius qd sub.ad.ad id quod sub.ae.data est.Q uod autem sub.ae.ei est æquum quod sub.bc.Ratio igitur eius quod sub.ad.ad id quod sub.bc.data est.igitur sicut d.ad.c.sic.b.ad quam.a.rationem habet datam.

ℭ Theorem a.lxxxiiii. propositio.lxxxiiii.



Si binae rectae lineae datam areolam cõprehenderint in dato angulo: & altera altera data maior fuerit: & ipsarum vtraq; data erit.



ℭ Binæ inq̃ rectæ lineæ.ab.bc.areolam cõprehendant.ac.in angulo sub.abc.At.cb.ipsa.ba.dato maior sit.Dico q utraq; ipsarum.ab.bc.data ẽ. Nam quoniam.cb.ipsa.ba.da to maior est.Sit data.dc.Reliqua igitur.db.ipsi ab.est æqualis.Cõpleatur.ac.& quoniam æqualis est.ab.ipsi.db.Rõ igitur ipsius.ab.ad.bd.data est.Datus autem.ẽ angulus.abd.Datur igitur.ad.specie. Q uoniam igitur.ac.data est.ad datum.dc.adiungitur excedens specie dato. ad. Datur igitur excessus p.lix.datorum.Data igit ẽ.bd.Sed &.dc. Igitur tota.bc.data.ẽ.est aũt & ab.data ;utraq; igit.ab.bc.data ẽ.

ℭ Theorema.lxxxv. propositio.lxxxv.



Si binae rectae lieae datã areolã cõphẽderit ĩ dato ãgulo

fuerit aut & utraq; simul data: & ipsarum utraq; data erit.

¶ Binæ inq̄ rectæ lineæ.ab.bc.datam areolam comprehendant.ac.in dato angulo.abc.sitq; utraq; simul.abc.data. Dico ꝙ & utraq; ipsarũ.ab.bc.data erit. Extendatur.cb.in.d.ponaturq; p.ii.primi elementororũ ipsi.ab.æqualis.bd.& per.xxxi.primi elementorum per.d.ipsi.ba.parallelus excitetur.de. Compleaturq;.ad.& quoniam æqualis est.db.ipsi.ba.Et angulus.abc.datus est.quoniam & qui ex utraq; parte datus est.datur igitur.cb.specie. Et quoniam.abc.simul data est.æqualis autem est &.ab.ipsi.db. Data igitur est.dc. Quoniam igitur.ac.data est.ad datam.dc.comparatur defficiens specie dato.cb.igitur p lviii.datorum dantur latitudines deffectus.Datæ igitur sunt ipsæ.ab.bd. Sed & utraq; simul.abc.data est.Data igitur est utraq; ipsarum ab.bc.

¶ Theorema.lxxxvi.propositio.lxxxvi.

SI binae rectae lineae datam areolam comprehenderint in dato angulo:potuerit autem utraq;:utraq; dato maius q̄ in ratione:& ipsarum utraq; data erit.


¶ Binæ inq̄ rectæ lineæ.ab.bc.datam aream cõprehendant.ac. in dato angulo.abc.quod autem ex.bc.eo quod ex.ab.dato maius sit q̄ in ratione.Dico ꝙ & utraq; ipsarum.ab.bc.data ē.Nam quoniam quod ex.cb.eo qd̄ ex.ba.dato maius est q̄ in ratione.Auferatur datum sitq; quod sub.cb.bd.Reliqui igitur quod sub.cd.cb.ad id quod ex.ab.ratio data est.Et quoniam quod sub ab.bc.datum est.est autem quod sub.cb.bd.datum. Ratio igitur eius qd̄ sub.ab.bc.ad id quod sub.cb.bd.data est.Sicut autem quod sub.ab.bc.ad id quod sub.cb.bd.Sic.ab.ad.bd.Quare & ipsius.ab.ad.bd.ratio ē data. Quare & eius quod ex.ab.ad id quod ex.bd.ratio est data.Eius autem quod ex.ab.ad id quod sub.bc.cd.ratio est data.& eius quod sub.bc.cd.igitur ad id quod ex.db.ratio est data.Quare & eius qd̄ quatter sub.bc.cd.ad id quod ex.bd.ratio est data.Et eius igitur quod quatter sub.bc.cd.una cum eo quod ex.bd.ad id quod ex.bd.ratio ē data.Sed id quod quatter sub.bc.cd.una cum eo quod ex.bd.id est quod ex utroq; simul est ipsius.bc.cd.Ratio igitur utriusq; simul quod ex.bc.cd.ad id quod ex.bd.data est.Quare & utriusq;.bc.cd.ad.bd.ratio data est.Et cõponendo igitur per.xviii.quinti elementorum binarum.bc.ad.bd.ratio est data.Quare unius.cb.ad.bd.ratio est data. Sicut autē.cb.ad.bd.sic quod sub.cb.bd.ad id quod ex.bd.Et eius quod sub.cb.bd.igitur ad id quod ex.bd.ratio est data.Datum autem quod sub.cbd.datum igitur & quod ex.bd.Data igitur est.bd.quare &.bc.data est:ipsius enim.cb.ad.bd.ratio est data:& datur.hd.Datur igitur &.bc.est autem &.ac.datum: & angulus.abc.datus.Data igitur est.ab.utraq; igitur ipsarum.ab.bc.data est.

¶ Theorema.lxxxvii.propositio.lxxxvii.


SI binae rectae lineae areolam comprehenderint datam in dato angulo:quod a maiori vero minore dato maius fuerit:& ipsarum utraq; data erit.

¶ Binæ inq̄ rectæ lineæ.ab.bc.datam aream comprehendant.ac.in dato an

gulo.abc.quod autem ex.ab.dato maius esto eo quod ex.bc.dico q utraq ipsarum.ab.bc.data est.Nam quoniam quod ex.ab.eo quod ex.bc.dato maius est.Auferatur datum sitq quod sub.ab.bd.Reliquum igit quod sub.ba.ad. aequum est ei quod ex.bc.Et quoniam quod sub.ab.bc.datum est.est autem & quod sub.ab.bd.datum.Ratio igitur eius quod sub.ab.bd.ad id quod sub. ab.bc.data e.Estq sicut quod sub.ab.bd.ad id quod sub.ab.bc.sic.db.ad.bc. Ratio igitur ipsius.db.ad.bc.data est.Ratio igitur & eius quod ex.db.ad id quod ex.bc.data est.Ei autem quod ex.bc.aequum est id quod sub.ba.ad.Ratio igitur eius quod sub.ba.ad.ad id quod ex.db.data est.Et eius igitur quod quatter sub.ba.ad.una cum eo quod ex.db.ad id quod ex.db.ratio est data. Sed quod quatter sub.ba.ad.una cum eo quod ex.bd.id est quod ex utraque simul ipsarum.ba.ad.Ratio igitur & eius quod ex utraque simul.ba.ad.ad id quod ex.db.data est.Ratio igitur & utriusque simul.ba.ad.db.data est. Et componendo igitur per.xviii.quinti elementorum utriusq simul.ba.ad.una cum ipsa.db.hoc est binarum.ab.ad.bd.ratio est data & unius igitur.ab.ad. db.ratio est data.Ipsius autem.db.ad.bc.ratio est data.Et ipsius igitur.ab.ad bc.ratio est data.Et quoniam ipsius.ab.ad.bd.ratio est data:estq sicut.ab.ad bd.sic quod ex.ab.ad id quod sub.ab.bd.Ratio igitur & eius quod ex.ab.ad id quod sub.ab.bd.data est.Datum autem est quod sub.ab.bd.Sic enim datum aufertur.Datum igitur est & quod ex.ab.Data igitur est.ab.estq ratio ipsius.ab.bd.data.Data igitur est &.bc.









¶ Theorema.lxxxviii.propositio lxxxviii.

Si in circulo magnitudine dato:recta linea acta fuerit assumens segmentum capiens angulum datum:datur acta magnitudine.

¶ In circulo enim.abc.magnitudine dato:excitetur.ac.assumēs segmentum.aec accipiens angulum datum.Dico q.ac.datur magnitudine. Assumatur enim per primam tertii elementorum centrum circuli sitq illud. d.& connexa.ad.extendatur in.e.& connectatur.ce.Datus igitur est qui sub ace.rectus enim est.est autem & qui sub.aec.datus.& reliquus igitur qui sub cae.datus est.datur igitur triāgulum.aec.specie.Ratio igitur est ipsius.ae.ad ac.est data:data autem est.ea magnitudine:quoniam & circulus dat magnitudine.Data igitur est ac.magnitudine.






¶ Theorema.lxxxix.propositio.lxxxix.

Si in circulo magnitudie dato:recta linea acta fuerit data magnitudine:relinquetur segmentū capiēs angulū datū.


¶ In circulo enim magnitudine dato.abc.recta linea excitetur. ac.data magnitudine.Dico q relinquetur segmentum capiēs angulum datum.Accipiatur enim per primā tertii elementorum cētrum circuli sitq illud.d.& connexā.ad.extendatur in.e.& cōnectatur.ce.& quoniā utraq ipsarum.ea.ac.est data Ratio igitur ipsius.ea.ad.ac.data ē.Et angulus qui sub.ace.rectus est.Datur igit.ace.triāgulū specie.Datus igit ē angulus.aec.



¶ Theorema.xc propositio.xc.



Si in circuli positione dati circunferentia assumptum fuerit signum datum: ab hoc autem ad circuli circunferentiã infringatur aliqua recta linea datum angulum efficiẽs. datur alter finis refractae.




¶ Circuli enim positione dati.abc.in circunferentia accipiatur datum signũ b.ab.ipso autem.b.refringatur recta linea.bac.Datum efficiens angulũ.bac. Dico q.c.signum datur. Assumatur enim per primam tertii elemẽtorum ipsius circuli centrum.d.& connectantur.bd.dc. Et quoniam utrumq ipsorum bd.datum est.positione igitur est ipsa.bd.Et quoniam angulus.bac.datus est Datus igitur ast angulus.bdc.Quoniam igitur ad positione rectam lineam. bd.ad signum q.d.recta linea excitatur.dc.datum efficiens angulum.bdc. Data igitur ipsa.dc.positione.datus est autem & circulus.abc.Datum igitur est.c.signum.

¶ Theorema.xci.propositio.xci.



Si a dato signo positione datum circulũ tangens recta linea acta fuerit.datur acta positione & magnitudine.


¶ A dato enim signo.c.positione datum circulum.ab.tangens recta linea excitet ca.Dico q.ca.recta linea datur positione & magnitudine.Accipiatur enim per primam tertii elementorum ipsius circuli centrum.d.& connectatur.da.& quoniam datum est utrunq ipsorum.dc.data est igitur.dc.estq angulus.dac.datus igitur super.dc.descriptus semicirculus ueniet per.a.ueniat sitq.dac.positiõe igitur est.dac.positiõe aũt ẽ.ab.circulus.Igit̃.a.datũ ẽ.Sed &.c.datũ ẽ.Data igit̃ ẽ.ac.positiõe & magnitudĩe.



¶ Theorema.xcii.propositio.xcii.



Si extra circulum positione datum assumptum fuerit aliquod datum signum.ab ipso autem signo in circulum acta fuerit aliqua recta linea: quod sub acta & ea quae inter ipsum signum & curuam circuli circunferentiam comprehẽsum rectãgulum datum est.



¶ Extra enim circulum positione datum abc.assumatur signum aliquod.d. ab ipso autem.d.signo extẽdatur recta linea.db.secans circulum.Dico q qd sub.bd.dc.datum est.excitetur enim ab ipso.d.signo.ipsum.abc.circulum tãgens recta linea.da.per.xvii.tertii elementorum.Data igitur est.da.positione & magnitudine.Quoniam igitur data est.ad.datum igitur est & qd ex.ad.& ẽ æq le ei quod sub.bd.dc.per.xxxvi.iii.ele.Datũ igitur est quod sub.bd.dc.

¶ Aliter.


¶ Assumatur per primam tertii elementorũ ipsius circuli centrum.e.& cõnectatur.dc.extendaturq in a.& quoniã datum est utrunq ipsorum ed.Data igitur est.ed.positione Datur autem &.abf.circulus.datum igitur est utrũq ipsorum.af.est autem ipsum.d.datũ.Data igitur est utraq ipsarum.af.fd. Datum igitur est quod sub.ad.df.& ei est æquum quod sub.bd.dc.ei qd sub

ad.df.Datum igitur est quod sub.bd.dc.

¶ Theorema.xciii.propositio.xciii.




Si in circulo positione dato: assumptum fuerit signum aliquod datum.ac per signum illud acta fuerit aliqua recta linea in ipso circulo:quod sub actae sectionibus comprehensum rect angulum datum est.




¶ In circulo enim dato positione bc.accipiatur signum aliquod datum.a.ac.per.a.excitetur quaedam recta linea bc.Dico q quod sub.ba.ac.datum e.Assumatur enim per primã tertii elementorum ipsius circuli centrum sitq;.d.& connexa.ad.extendatur ad.ef.Quoniam igitur utrunq; ipsorum.da.datũ est positione igitur est.da.positione autem &.ebf.circulus.Datum igitur e utrũq; ipsorum.fe.est autem &.a.datum.Data igitur est utraq; ipsarum.fa.ac.Datum igitur quod sub.fa.ac.& ei est aequum quod sub.ba.ac.datum igitur est quod sub.ba.bc.

¶ Theorema.xciiii.propositio.xciiii.




Si in circulo magnitudine dato recta linea acta fuerit:assumens segmentum capiens angulum datum:& qui in segmento angulus bifariam sectus fuerit:utraq; simul angulum datum comprehendens ad secantem angulum bifariam rationem habebit datam:& quod sub utraq; simul angulum datũ comprehendente recta linea:& infra assumpta ab ea quae angulum bifariam ad circunferentiam dispescit:datũ erit.



¶ In circulo enim magnitudine dato.abc.recta excitetur linea.bc.assumens segmentum capiens angulum datum qui sub.bac.secetur q; ipse.bac:per.ix.primi elementorum bifariam recta linea.ad.Dico q ratio utriusq; simul.bac.ad.ad.data est.& etiam q datum est id quod sub utraq; simul.bac.&.ed.Connectatur.bd.& quoniam in circulo magnitudine dato dac.excitatur.bc.assumens segmentum.bac.capiens angulum datum.bac.Data igitur est.bc.magnitudine.Idq; propterea iam &.bd.data est magnitudine.Ratio igitur ipsius.bc.ad.bd.data est.Et quoniam angulus.bac.bifariam secatur a linea recta ad.est igitur sicut.ba.ad.ac.sic.be.ad.ec.uicissim igitur per.xvi.v.elemẽtorum sicut.ab.ad.be.sic.ac.ad.ce.& sicut utraque simul.bac.ad.bc.sic.ac.ad.ce.Et quoniam angulus bae.angulo.eac.est aequalis.est autem & qui sub.aec.ei q sub.bde.aequalis.Reliquus igitur qui sub.aec.reliquo qui sub.abd.est aequalis.aequiangulum igitur est.aec.triangulum ipsi.abd.triãgulo.Est igitur sicut ac.ad.ce.Sic.ad.ad.bd.Sed sicut.ac.ad.ce.sic.utraq; simul.bac.ad.bc.& sicut igitur per.xi.quinti elementorum utraq; simul.bac.ad.bc.sic.ad.ad.db.uicissim igitur per.xvi.quinti elemẽtorum sicut utraq; simul.bac.ad.ad.sic.bc.ad.bd.Ratio autem ipsius.bc.ad.bd.data est.Ratio igitur & utriusq; simul.bac.ad.ad.data est.Dico q & quod sub utraq; simul.bac.&.de.datum est:nã quoniam aequiangulum est triangulum.aec.ipsi.deb.triãgulo.est igitur sicut.bd.ad.de.sic.ac.ad.ce.Sicut autem.ac.ad.ce.sic.est utraq; simul.bac.ad.bc.&.si-


cut igitur per.xi.y.ele.utraq; simul.bac.ad.bc.sic est.bd.ad.be. Igitur qd sub utraq; simul.bac.&.de.æquũ est ei quod sub.cb.&.bd. Datũ aũt ẽ quod sub cb.&.bd.datum igitur est & quod sub utraq; simul.bac.&.ed.

¶ Aliter idem.



¶ Extendatur.ac.in.e.ponaturq; ipsi.cb.æqualis.ce. connectanturq;.eb.bd. Et quoniam qui sub.acb.duplus est utriusq; ipsorum.acd.ceb.æqualis igitur est qui sub.cbe.angulus ei qui sub.acd.hoc est ei qui sub.abd.Communis põ natur qui sub.abc. Totus igitur qui sub.dbe.toti qui sub.fbc.est æqualis. est autem & qui sub.cab.ei qui sub.cdb.æqualis. Reliquus igitur angulus qui sub.ceb.reliquo angulo qui sub.dcb.est æqualis.æquiangulum igitur est.eab. triangulum ipsi.cdb.triangulo. Est igitur sicut.ea.ad.ab. Sic.cd.ad.db. Ipsa autem utraq;.de.est ipsa.acb.& sicut igitur utraq; ipsarum simul.acb.ad.ab. sic.cd.ad.bd.Et uicissim igitur per.xvi.quinti elementorum sicut utraq; simul acb.ad.cd.Sic.ab.ad.bd. Ratio autem est ipsius.ab.ad.db.data: utraq; enim ipsarum data est.Ratio igitur & utriusq; simul.acb.ad.cd.data est. Et quoniam æquiangulum est triangulũ.eab.triangulo.fdb.est igitur sicut.ea.ad.ab. sic.bd.ad.df. Ipsa autem.ea.utraq; est.acb.& sicut igitur utraq;.acb.ad.ab. sic.bd.ad.df.Igitur quod sub utraq; simul.acb.&.fd. æquum est ei quod sub ab.bd.Datum est autem quod sub.ab.bd.Data igitur ipsarum utraq;. Datũ igitur est & quod sub utraq; simul.acb.&.fd.

¶ Aliter idem.



¶ Extendatur.ac.in.f.ponaturq; ipsi.ba.æqualis.cf.Connectanturq;.bd.dc. df.&.quoniam æqualis est.ba.ipsi.cf.&.db.ipsi.dc. Binæ iam.ab.bd.binis.fc. cd.sunt æquales altera alteri: & angulus qui sub.abd angulo qui sub.dcf.est æqualis:quandoquidem.abcd.quadratum ẽ basis igitur.ad.per.iiii.primi elementorum basi.df.est æqualis & triangulum.abd.triangulo.cdf.est æquale: & reliqui anguli reliquis angulis æquales erunt: quos æqualia latera subtendunt. Igitur angulus.bad.angulo.dfc.est æqualis. Datus autem est angulus bad.datus igitur est & qui sub.dfc.angulus.est autem & qui sub.daf.angulus datus.Datur igitur triangulum.adf.specie. Ratio igitur ipsius.fa.ad.ad.data est.At af.utraq; est simul.bac.eo quia æqualis est.cf.ipsi.ba. Ratio igitur utriusq; simul.bac.ad.ad.data est: & similiter sicut prius demonstrabimus q̃d quod sub utraq;.bac.&.ed.datum est.


¶ Theorema.xcv.propositio.xcv.



i in circuli positiõe dati diametro datũ signũ assumptum fuerit:ab ipso autẽ signo: ad ipsum circulũ proiecta fuerit aliqua recta linea:& a sectõe ad rectos angulos acta fuerit ipsi excitata:a signo autem in quod concurrit quae ad rectos angulos ipsi circuli circunferẽtia parallelus acta fuerit excitatae. Datum est signum in quod cõcurrit parallelus diametro & quod sub parallelis comprehensum rectangulum datum erit.

¶ In circuli enim.abc.positione dati: diametro.bc.assumptum sit datum si-


gnum.d.ac.per ipsum.d.ad circulum producatur quædam utcunq; recta linea.da.ab ipso autem.a.ipsi.da.angulos excitetur rectos.ae.ac per.e.ipsi ad. per.xxxi.primi elementorum parallelus excitetur.ef.Dico q.f.datum est.& q ea quæ sub.ad.ef.area data est.extẽdatur.ef.in.h.& cõnectatur.ah.Q uoniam angulus.hea.rectus est:&.ha.dimitiens est circuli.abc.ẽ autẽ &.bc.dimetiens.Igitur.g.centrum est circuli.abc.Datum igitur est signum.g.est autem &.d.datum.Data igitur est.dg.magnitudine & quoniam.ad.ipsi.eh.parallelus est.Et æqualis est.hg.ipsi.ga.per.xy.diffinitionem primi elementorũ &.dg.ipsi.gf.&.ad.fh.Data igitur.dg.Data igitur ẽ &.fg.Sed & positione. Vtraq; igitur ipsarum.gf.gd.data est.&.g.datum est.Datum igitur &.f.& quoniam in circulo.abc.positione dato:assumitur signum.f.datum.& extenditur.efh.Datum igitur est per.xciii.datorum quod sub.ef.fh.æqualis autẽ est.gf.ipsi.da.Datum igitur est quod sub.ad.ef.



¶ Euclidis Megarensis philosophi Platonici p̃stantissimi que mathematici explicit Liber datorum ex traditiõe Pappi Philosophi.Bar.Zamb.Vene.ĩterprete.

¶ Impressum Venetiis fœlicibus auibus opus est huiusmodi aureum & rarissimum:in ædibus Ioannis Tacuini librarii accuratissima dilligẽtia recognitum. Anno reconciliatæ diuinitatis .M.D.X.V I I.Klendas Aprilis. Auspiciis fœlicissimæ Venetorum .Re.Pu. Leonardi Lauredani : Pricipis sapientissimi:Cautũ est tamen dominii sanctione:ne quis presens opus Venetiis cudat:aut alibi impressum uẽdere audeat:mulcta adiũcta ut ĩ Priui.p̃ssius legiẽ.

DEO



IMMORTALI

GLORIA.

A
Euclidis
Diffinitio
batur.cgh.
noni linea
Datum
B
li ergo
æquum est
theoremate
Omnis
ta &
C
tur q̄druplicata
ex.ea.duplum
ex.ac.minus
apud græcos
gno.f.
D
æqualis est
rentiam uero
subtenduntur.
In semicirculo
segmentum
E
angulis.Sed
hgm.&
laterum
permutata
si primum
F
kx.Sed
si fuerint.
tum.eh.
nectuntur
Sit
G
secundam
nectatur.
ad unum
gh.ipsi
logrāmis
H

Euclidis
Duobus
Theorema
Igitur
ul.d.
I
per.xxxi.
ipsum
Numerum
&.f.g.h.k.
❡ Theorema
K
eh.ipsum
sunt igitur
Cubus enim
si ab unitate
Impossibile
L
Euclidis
semper a
nus uero
suscipit
ne
M
inuicem
❡ Theorema
sibi uelit
medium
bc.una
N
Componantur
❡ Theorema
gnum:quod
sic quod
rus.ad
O
Esto per
□□
ipsa ex
ab ipsa
❡ Theorema
P
tis.xxix.

rus ad
sk.rationale
ai.ipsi.sk.
gd.per
Q
Sit
❡ Theorema
ipsæ
kf.&
ei esto
R
❡ Theorema
non inuenitur
gulos
planum
stum ꝙ
S
do est
sicut
lium autem
Ex hoc
ipsi.tf.
T
&.fkln.
& pyramis
fastigium
solidum
l.signum
V
Euclidis
Et præcedens
ae.una
Ordinatim
Sicut
X
est ipsi
tur.nx.
sahedrum
In deputatum
kl.
Y
secatur
Bartoholamæus

sicut
& per
terram
Z
partes
culum
ipsa.ek.
gnum
cunferentiæ
AA
fringetur
in conuexis
❡ Theorema
acta
Euclidis.
BB
quaq̄
lo excitetur
recta linea
ipsi.cd.
omnes enim
CC
& minores
uero
Bartholamæus
ritu
Euclidis
DD
Data
tur.gb.
ei autem
æquus
ens angulum
EE
omne
us ea
❡ Theorema
si triangulum
excitetur
FF
pendicularem
data &
gulo.abc.

FINIS.

